TRACTATVS

DE DICTIONIBVS,

ET EARVM SIGNIFICATIONIBVS

VTILIS, ET PERNECESSARIVS
Iudicibus, Aduocatis, & Procuratoribus.

CVM INDICE DICTIONVM,
Et Materiarum Locupletatus.

AVCTORE

ANTONIO ANGELO GRATO

DE VISSO, IVRISCONSVLTO.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. PRINCIPEM
MAPHÆVM CARD. BARBERINVM.



RONCILIONI, M. DC. XXI.
Apud Ludouicum Grignanum, & Laurentium Lupum.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur, Alexander Boſchettus Reuiſor.

Ego infraſcriptus vidi Tractatum inſcriptum de Dictionibus Admod. Ill. & Excellent. D. Antonij Angeli Grati, omni eruditione plenum, & nihil in eo reperi, quod vel bonis moribus, vel religioni aduerſetur. In quorum fidem hanc mea manu ſcriptam, & ſubſcriptam dedi. Romæ die 18.*Feb.*1621.

Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnaſio Almæ Vrbis Pontificij Iuris Profeſſor ordinarius.

Imprimatur, Fr. Vincentius Bartolus Mag. ac Socius Reuerendiſs. P. Fratris Hyacinthi Petronij Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Ord. Prædic.

cum ibi notat. per gloſ. & Doctor. C. de ſeru. fugit. Alex. conſ. 204. nu.4. lib.2. Natt. conſ. 551. nu. 29. tom. 3. Ruin. conſ. 130. num. 1. vol.3. conſ. 92. nu.22. & conſ. 13. nu. 4. vol.1. & conſ. 68. num. 3. vol. 5. text. in §. gallinarum, Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. cenſum, ff. de verb. ſignificat. confirmat hoc idem Afflict. deciſ. 244. nu. 1. Curt. Iun. conſ. 38. num. 1. Caputaq. deciſ. 295. num. 3. part. 2. Natt. conſ. 298. num. 5. vol. 1. Cephal. conſ. 13. num. 11. & conſ. 53. nu. 66. Surd. conſ. 151. num. 15. lib. 2. & deciſ. 245. num. 24. Aret. in l. ex filio, §. filio impuber. ff. de vulgar. & pupillar. Pariſ. conſ. 158. nu. 18. vol. 4. tradit Socc. Iun. in conſ. 160. nu. 13. & in conſ. 168. nu. 52. vol. 2. Cardinal. in repet. c perpendimus, nu. 21. de ſentent. excommunic. ſentit Rip. in lib. 1. reſponſ. c.1. nu. 41. Iaſ. in vſib. feud. nu. 12. in fin. & in l. ſi vnus, in princip. num. 10. ff. de pact. quibus adde Bertrand. conſ. 126. num. 6. Ruin. conſ. 10. nu. 12. vol. 1. Alex. conſ. 76. nu. 5. vol. 4. Gozad. conſ. 27. nu. 10. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 157. num. 7. Honded. & alij per eum adducti in cõſ. 7. n. 31. vol. 2. Grat. conſ. 11. nu. 9. lib. 1. Surd. cum alijs eum ſequentibus conſ. 200. num. 3. lib. 2. & latiùs conſ. 357. nu. 20. conſ. 449. num. 25. conſ. 303. nu. 33. & conſ. 364. nu. 38. lib. 3. & conſ. 21. num. 14. lib. 1. & fuit dictum in

Rota

Rota Romana in Bononien. de Ranutijs 23. Ianuarij 1617. coram R.P.D.Caualerio, & in Ceſenaten. hæreditatis 17. Maij coram Reuerendiſs. D. Sacrato, & in alia Peruſinà dotis 14. Maij 1614. coram R.P.D. Dunozetto.

2 Et importat ſimilitudinem, vt notatur in l. 2. C. de ſeru. fugit. & in d. c. ſedes, Bald. in l. final. C. de his qui à non domin. manumiſſ. ſunt, Bart. in l. quidam, de reb. dub. Dec. conſ. 425. nu. 12. tom. 2. Surd. d. conſ. 449. nu. 25. Alex. conſ. 1. nu. 10. lib. 4. & conſ. 34. nu. 2. lib. 1. Anchar. conſ. 361. nu. 5. Cephal. conſ. 414. nu. 13. & ſeqq. Aret. conſ. 116. num. 3. verſ. nec obſtat, lib. 6. & plura de hac dictione ponit Card. Tuſch. in concluſ. 245. tom. 2.

3 Fallit vt non includat ſimilitudinem, quando adijciuntur verba vniuerſalia, quando extant coniecturæ in contrarium, & quando ponitur cum copula; nam tunc hæc dictio diſſimilia complectitur, gloſ. in Clement. 1. in verbo, aliquauis cauſa, & ibi notat Imol. de re iudic. Ruin. conſ. 73. nu. 20. vol. 3. vbi dicit, hoc eſſe clarum in diſpoſitione hominis, quod confirmat Socc. Iun. in conſ. 17. nu. 27. vol. 3. Rolan. in conſ. 61. nu. 42. cum ſequen. vol. 1. Natt. in conſ. 117. nu. 1. Didac. pract. quæſt. in c. 25. num. 1. Iaſ. in l. 3. §. iurari. num. 8. ff. de iure iur. Purpurat. in l. 1. num. 410. ff. de offic. eius, Curt. Iun. conſ. 38. in fin. Corn.

conſ.

conſ. 209. num. 21. vol. 2. & latiùs Surd. d. conſ. 449. nu. 30. & Gozad. conſ. 6. nu. 43. & conſ. 26 num. 45.

4 Habet etiam in ſe quandam generalitatem, itaut comprehendat quoquè alios nõ expreſſos; vt ſi quis impetrauerit reſcriptum contra talem Sacerdotem, & quoſcunque alios, comprehendat non ſolùm omnes Sacerdotes, ſed etiam Laicos, vt notant Speculat. in tit. de inſtrum. præſent. §. final. verſ. quod ſi quis, vbi Io. Andr. in addit. Curt. Iun. in d. conſ. 38. & Caputaq. in deciſ. 296. num. 6. par. 2.

5 Et denotat diuerſitatem à ſupra expreſſis, & diuerſa ab expreſſis includit, l. ſi fundus ſub conditione, §. libertus, ff. de legat. 1. Pariſ. conſ. 79. nu. 21. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 24. n. 99. lib. 1. Bar. in l. ſi quis, §. final. ff. de legat. 2. Dec. cõſ. 653. n. 4. in fin. Socc. Iun. cõſ. 300. col. 3. verſ. tertio principaliter, lib. 2. Corn. conſ. 5. n. 3. cum ſeqq. lib. 1. Decian. cõſ. 55. n. 82. lib. 3. Pariſ. conſ. 92. nu. 5. lib. 1. Hond. conſ. 69. nu. 25. vol. 2. Menocch. conſ. 335. nu. 10. & ſeq. & Rota inter impreſſ. Farinac. deciſ. 714. n. 5. vol. 2.

Et deniquè includit nominata, includens alia omiſſa in præcedenti diſpoſitione, Bart. in l. conuenticulam, col. final. C. de Epiſc. & Cler. Doctor. poſt gloſ. in auth. ex teſtamento, C. de collat. c. ſolitę, de maior. & obed. l. Iulianus, ff. de lega. 3. cũ ſimil. & Corn. cõſ. 62. ſub n. 8. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Alioquin, dictionem Bart. mirabilem appellat.*
2 *Inducit conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni.*
3 *Item ſonat in alternatiuam.*

DICTIO XI.

ALIOQVIN.

1 MIrabilem naturam huius dictionis appellat Bart. in l. 1. verſ. quarto quæro, ff. de condit. & demonſtr. & in ſuo tract. Ti-
2 beriadis, lib. 3. de Alueo, in verbo, alias; Inducit enim conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni, & in ſe ipſa continet orationem, ſecundum eum, allegans multa Iura, & auctoritates Speculatoris; & eſt text. in l. diuortio, in princ. ff. de negoc. geſt. in l. alias, iunct. gloſ. ff. de iur. iur. Gomeſ. §. in perſonam, ſub num. 12. Inſtit. de action. Ceſar de Graſſ. deciſ. 143. nu. 14. de fideiuſſor. quinimò omnia alia præcedentibus contraria, vel diuerſa à præcedentibus ſeparat, prout refert Corn. adducens alios in conſ. 253. nu. 2. vol. 1. & in conſ. 61. num. 28. vol. 3.
3 Item ſonat in alternatiuam, gloſ. in cap. ex parte,

parte, il 1. in verbo ſi verò dubia, ibi, vel ſi ad quærimoniam, extr. de verbor. ſignific. gloſ. in l. de pupillo, §. meminiſſe, in verbo, eum, cum apoſtill. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. conſ. 245. in fin. lib. 2. & Rota in Corduben. Præſtimoniorum 5. Maij 1617. coram Reuerendiſsimo D. Sacrato.

DICTIO XII.

ALITER.

Dictio, Aliter, denotat diuerſitatem, ſicut dictio alias, vt eſt text. in l. 1. ff. quemad. teſtament. aperiant. & refert Anchar. quæſt. 57. nu. 17. part. 2.

DICTIO XIII.
ALIQVANDIV.

Dictio iſta ſignificat, ideſt per aliquantulum tempus, c. conſtitutus, extr. de eo qui mitt. in poſſeſſ. Recipit tamen moderationem arbitrio Iudicis, l. 1. ff. de iur. deliber. Anchar. in c. 2. de reſtit. ſpoliat.

DICTIO XIV.

ALIQVATENVS.

Dictio, Aliquatenus, ſignificat idem, quod in minimo, ad text. in cap. ſuper eo, il 2. de teſtib. Pariſ. conſ. 58. nu. 34. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Aliquis, explicatur, & ampliatur, & num. 2. & ſeqq.*

DICTIO XV.

ALIQVIS.

1 Aliquis, eſt dictio vniuerſalis, quæ omnes comprehendit, ſecundum gloſ. in Clement. 1. de for. compet. Iaſ. in l. eum qui, verſ. tertio pondera, ff. de iuriſd. omn. iudic. & Tiraquell. latiſsimè examinat vires huius dictionis in repet. l. ſi vnquam, verſ. omnia, vel partem aliquam, num. 14. & ſeqq. C. de reuocan.donat.ac latè quoquè alios adducens Cephal. in conſ.347. nu.14. & ſeqq. vbi dicit, huiuſmodi dictionem omnia comprehendere, & ſub ea omnia complecti, quæ excogitari poſſunt,pluraquè ponit Becc.in conſ. 12.n.65. & in conſ.32.nu.5.Surd.conſ.33. nu. 20. & latiùs conſ. 103. nu. 8. & conſ. 134. nu. 2. lib.1. conſ 388. nu. 12. & conſ. 340. num. 8. lib. 3. & conſ.447. nu. 2. lib 4. Aym. conſ. 294.nu.4. Cæſ. de Graſſ. decif. 181. nu. 7. de diuort.

2 Et eſt adeò vniuerſalis, vt ſi ab aliquo proferatur, comprehendat etiam fœminam, licèt pro-

proferatur in maſculino genere, l. 1. vbi Bart. in princ. & in fin. ff. de verbor. ſignific. notat idem Bart. in l. 1. & in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, facit text. in l. ſi quis maior, C. de tranſact. & cum iſta concluſione concordat etiam Cardinal. in Clement. 1. in 3. quæſt. de electio. & Dom. in c. generali, de election. in 6. vbi dicit, hoc etiam procedere in ſtatuto, Aret. conſ. 39. Alex. conſ. 24. lib. 2. & dixit latè Dec. in l. ſi quis id quod, & in l. 2. ff. de regul. iur. in 4. quæſt. & in conſ. 507. num. 1. tom. 2. vbi atteſtatur de communi.

3 Et licèt in numero ſingulari concipiatur, eſt tamen apta plures comprehendere, & ideò æquipollet numero plurali, Rota in Lodien. domus clauſtralis 23. Martij 1615. coram R.P.D. Caualerio, & 18. Aprilis 1616. coram R. P. D. Remboldo, relat. per Farinacc. in deciſ. 668. nu. 5. vol. 2.

4 Quinimò verificatur etiam in Vniuerſitate, vt eſt text. cum gloſ. in c. vt circa, in verbo, aliqui, de election. in 6. quæ gloſ. allegat ibi text. in l. metum, §. animaduertendum, ff. quod met. cauſ. facit etiam text. in l. 1. verſ. nec cui, ff. ad Macedon. notat Angel. in l. nihil intereſt, in princ. ff. eod. vbi ponderat dictam l. primam in illa dictione, cui, & dicit, illam habere etiam locum in Vniuerſitate, l. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. & confir-

mat Dec. in conſ. 486. num. 1. tom. 2.
5 Vlterius in minima parte verificatur, vt notat Bart. in l. ſi ſeruum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæredit. Grat. cum alijs per eum adductis in conſ. 9. nu. 68. & in conſ. 112. nu. 20. lib. 1. Surd. conſ. 524. nu. 8. lib. 4. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 25. num. 11. lib. 2. Dec. conſ. 456. num. 3. tom. 2. Natt. conſ. 481. nu. 11. tom. 3. Bald. in l. 1. col. penult. C. de inoffic. donat. & in c. 1. §. cum autem, col. final. de contro. inueſti. Abb. in c. ſuper eo, 2. notab. de eo qui cognoſc. conſanguin. vxor. ſuæ, Natt. conſ. 525. nu. 6. tom. 3. & conſ. 648. num. 8. tom. 4. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 19. num. 2. & hoc maximè procedit poſita in Statuto, Anchar. conſ. 160. col. 2. verſ. præterea ponderãda ſunt, gloſ. notab. in Clement. quamuis, de for. comp. Dec. in c. quoniam, il 3. extr. de teſtament. Barbat. conſ. 36. col. penult. lib. 2. Alex. conſ. 102. col. 2. lib. 6. Tiraquell. loco ſuperiùs citato nu. 14. verſ. vbi ex hoc dicit, cum alijs per eum adductis, & Staphil. de liter. grat. in tit. de prærogat. expectant. nu. 28.
6 Quibus adde quòd terminus huiuſmodi dictioni adiectus, accipitur etiam ſecundum impropriam ſignificationem, vt per multa probat Iaſ. in conſ. 224. nu. 10. vol. 2. Corn. in conſ. 33. col. vltim. verſ. præterea verbum, vol. 4.

vol. 4. & clariùs idem Iaſ. in conſ. 29. nu. 4. vol. 1. vbi vult, illud etiam comprehendi, quod eſt impropriè tale, quando ponitur cum iſta dictione, quod comprobat Tiraquell. loco ſuperiùs adducto, nu. 14. verſ. vbi ex hoc dicit, quod terminus, circa finem, Crauett. conſ. 308. ſub nu 4. verſ. ampliùs dico, Surd. conſ. 425. nu. 48. vol. 3. & Corn. in conſ. 41. nu. 1. vol. 1. addit eſſe incluſiuam omnium, quæ poſſunt ſtrictè interpretari, ibi, dicens quòd mulier prohibita, circa med.

7 Et idem dicendum eſt, ſi negatiuè ponatur, nempè, non aliquis, quia tunc æquipollet vniuerſali negatiuę, & proindè eſt, ac ſi dicatur, nullus homo, gloſ. in c. cum dilectus, in verbo, à ſuſpenſis, de conſuet. tradit Natt. in conſ. 525. n. 7. tom. 4. & Ruin. in conſ. 60. n. 11. to. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Alter, non verificatur niſi de duobus de ſui propria ſignificatione, ſicut dictio, ambo.*

2 *Interdum contra propriam ſignificationem cadit inter tres, quando expedit.*

DICTIO XVI.

ALTER.

1 PRopria huius dictionis ſignificatio non verificatur, niſi de duobus, ſicut dictio,

 ambo,

ambo, l. ſed interpellantur, §. ſi ex altera, ff. de arbitr. notatur in l. ſi ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. iunct l. qui duos, ff. de vulgar. & pupill. Caſtren. conſ. 264. nu. 1. par. 2. & ponitur relatiuè, l. naturali, §. gallinarum, ff. de rer. diuiſ. l. cæterorum, ff. de verbor. ſignificat.
2 Interdum tamen contra propriam ſignificationem cadit inter tres, quando expedit, vt eſt text. & ibi gloſ. in l. quicunque, §. vniuerſi, C. de hæret. & in l. ancillæ, ſuper verbo, altera, de furt. Caſtrenſ. d. conſ. 264. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ambo, regulariter exigit, diſpoſitionem, in omnibus verificari, nec ſatis eſt, vt in vno verificetur.*

2 *Fallit in duobus caſibus, & nu. 3.*

DICTIO XVII.

AMBO.

1 Regulariter iſta dictio, Ambo, exigit diſpoſitionem in omnibus verificari, nec ſatis eſt, vt in vno verificetur, vt poſt Bart. & alios in l. hæredes mei, §. cum ita, col. final. ff. ad Trebell. firmat Pariſ. in conſ. 14. num. 9. lib. 2. qui atteſtatur de communi, & idem tenet

net Rip. in præcitato §. cum ita, num. 3. & Honded. in conſ. 60. num. 20. volum. 1.

2 Fallit 1. ex mente teſtatoris; quæ præponderat propriæ ſignificationi, iuxta notata in d. §. cum ita, quæ mens ſatis verificari dicitur eo ipſo quod non ſuperſunt aliqui, qui ex præſumpta mente alium excludant, Hond. d. conſ. num. 21.

3 Fallit 2. quando militat eadem ratio in vtroque caſu de per ſe, vt per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, Suſceperit liberos, nu. 260. C. de reuocan. donat. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 29. & idem Hond. vbi ſupra num. 22.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Amplius, inducit repetitionem.*
2 *Et ponitur augmentatiuè, ſicut dictio, plus; ſed ad modicum refertur.*

DICTIO XVIII.

AMPLIVS.

1 DIctio, Amplius, induit repetitionem, l. legata inutiliter, in princ. ff. de legat. 1. Bart. in l. ſi tibi purè 52. ff. de legat. 3. & in l. in repetendis 61. in prin. ff. eod. Card. Mant. de

de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. nu. 8. & repetit omnes qualitates præcedentes, l. libertis omnibus, ff. de condit. & demonſtrat. Socc. Iun. conſ. 71. n. 2. & conſ. 117. nu. 9. vol. 3.

2 Ponitur etiam augumentatiuè, ſicut dictio, plus, ſed ad modicum refertur, l. cum inter viuos, & l. hæc adiectio, ff. de verbor. ſignificat. cum ibi notat.

DICTIO XVIIII.
AN.

HÆc dictio, An, indicat diuerſitatem in iure, vel in facto, & ad hoc vide gloſ. in l. 2. §. ſed, & fortius, ff. ne quis eum, qui in ius voc.

DICTIO XX.
ANTEDICTI.

ISta eſt dictio, relatiua, & operatur, ac ſi aliquis nominatim fuiſſet expreſſus, Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, in fin. ff. de vulgar. Surd. cõſ. 315. n. 3. lib. 3. & conſ. 123. n. 13. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Aſſiduè, accipitur, ideſt omnibus horis. Intellige, vt in num. 2.*

DI-

DICTIO XXI.

ASSIDVE.

1 DIctio, Aſsiduè, interpretatur, ideſt omnibus horis, c. final. 36. diſtinct. Abb. in c. 1. de offic. Archipresb. quod in practica ſepè contingit in depoſitione teſtium deponentium, quem aſsiduè poſſediſſe, vel habitaſſe domum. Tu tamen intellige de horis competentibus, vt habetur in d. c. final.

SVMMARIVM.

1 *Aut, regulariter ſumitur diſiunctiuè.*
2 *Diſiungit ſenſum, & verba.*
3 *Imò eſt talis natura, vt etiam diſiunctiuè omnia verificentur.*
4 *Stat etiam correctiuè, reſtrictiuè, & expoſitiuè.*

DICTIO XXII.

AVT.

1 REgulariter hæc dictio, Aut, diſiuntiuè ſumitur, l. ſi ex toto, §. 1. ff. de legat. 1 l. ille aut ille, in prin. ff. de legat. 3. l. Titio, ff.
2 de legat. 2. Rolan. à Vall. conſ. 99. nu. 56. to. 4.

&

& diſiungit ſenſum,& verba, Bart.in l.ſi is qui ducenta, §. vtrum, col. 3. oppoſit.6.ff. de reb. dub. Natt. conſ. 675. nu.26.tom. 4. Honded. conſ. 35. nu. 17. vol. 2. l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verbor. ſignificat. Pariſ. conſ. 91. num. 29. lib. 2.

3 Imò eſt talis naturæ, vt etiam diſiunctiuè omnia verificentur, Doctor. in d.l. hæc verba, & in l. Quintus Mutius, ff. de aur. & argent. leg. tradit Riminal. Senior in conſ.187.n.15. lib. 1. Tiber. Decian. in conſ. 42. nu.10. lib.1. & idem Honded. in præcitato conſ.35.nu. 18. & in conſ. 86. nu. 13. vol. 2. alios allegans.

4 Stat etiam correctiuè, reſtrictiuè, & expoſitiuè, c. ſi pater, in fin. de teſtament. in 6. Cardinal. Iacobat. de concil. lib. 3. artic. 1. num. 130. Panciroli. conſ. 195. nu. 25. Hond. conſ. 69. nu. 28. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Autem, eſt dictio aduerſatiua.*

2 *Et aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto.*

3 *Nec ſolùm eſt aduerſatiua, ſed etiam repetitiua præcedentium, cum omnibus qualitatibus.*

DICTIO XXIII.

AVTEM.

1 Dictio iſta, Autem, eſt aduerſatiua, & aduerſatur anticipatæ ſolutioni non vti factæ ex facto, ſed vti ſpontaneæ, iuxta text. in l.2.§.hoc etiam,C.de iure iur.propt.cal.dand. tradit Pariſ. in conſ. 111.nu.27.lib. 1. Grat. in conſ.2. num. 33. vol. 1. Corn. in conſ. 44. nu. 7. & in conſ. 86. nu. 12. vol. 3. & in conſ. 219. nu. 7. vol. 2. & dixit Rota in Bononien. Cenſus 24. Aprilis 1600. coram Illuſtriſsimo Card. Pamphilio.

2 Imò aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto, gloſ. ordin. in l.hoc amplius, §. de his autem,ſuper verbo,autem,ff.de damn. infect. Ioan. Oinot.in §.quædam actiones, n.38. Inſtit. de action. Bart. conſ. 421. nu.4. par. 3. Natt. conſ.459. nu. 3. tom. 2. Pariſ. conſ. 44. num.10. & conſ. 53. lib. 2. Canoniſt. in c. ſtatuimus, de electíon. lib. 6. & habetur in auth. de re iudic. §. ſedebunt.

3 Nec ſolùm eſt aduerſatiua, ſed etiam repetitiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, Bald. in l. omnes populi, col. 10. verſ. modo quæro vtrum vnum, ff. de iuſt. & iur. Natt. conſ. 570. nu. 8. tom. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Benè, dictio relinquitur declaranda arbitrio boni Viri, & ſic in dubio intelligi debet.*
2 *Et eiuſdem ſignificationis eſt dictio, Rectè.*

DICTIO XXIV.

BENE.

AD euitandas litigantium quæſtiones, qui vt plurimum in iudicijs opponere ſolent de nullitate contractuum, ſub prætextu quòd non fuerint benè ſeruati, & nullam propterea
1 mereantur exequutionem, iſta dictio, Benè, relinquitur declaranda arbitrio boni Viri, & ſic in dubio intelligi debet, ad tradit. per Bart. in l. cum filius, §. cum pater, ff. de legat. 2. & patet in l. ſi ita ſit ſcriptum, ff. de ma. teſta. in c. 1. in fin. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer. lib. 6. & in Clement. 1. de offic. ordin. & tradit Caſtren. in conſ. 79. nu. 4. lib. 4.
2 Et eiuſdem ſignificationis eſt etiam dictio, Rectè, Bald. in l. eos, col. 2. verſ. & nota quòd aduerbium, benè, C. de appellat. quem ſequitur Iaſ. in l. lecta, num. 16. ff. de inoffic. teſtament. & Menocch. de arbitrar. quæſt. 67. num. 24. lib. 1.

DICTIO XXV.

BENEPLACITVM.

NOn abſimilis eſt iſta dictio, dictioni antecedenti, Benè, cum hæc quoquè denotet arbitrium boni Viri, Abb. in c. verùm, in vltim. notab. de for. compet. Capic. deciſ. 116. nu. 4. Iaſ. in l. ſi ſic, in princ. nu. 6. de legat. 1. Bald. in l. fin. §. ſed, & ſi quis, nu. 3. C. comm. delegat. & Mareſcott. variar. reſolut. cap. 70. num 8. lib. 2.

DICTIO XXVI.

CASV QVO.

HÆc dictio, facit inſtitutionem conditionalem, Bald. conſ. 241. vol. 1. Crauett. conſ. 268. in princ. verſ. videretur dicendum, Becc. conſ. 39. num. 20. Surd. conſ. 548. nu. 10. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cætera, dictio eſt relatiua, & repræſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius eſt ille, de quo priùs facta eſt mentio.*

2 *Re-*

1 *Regulatur tamen ſecundum naturam rei, cui adijcitur.*

DICTIO XXVII.

CÆTERA.

1 NAtura huius dictionis eſt relatiua, & repreſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius eſt ille, de quo prius facta eſt mentio, vt probatur in l. non ſolùm, §. quæritur, cum gloſ. in verbo, cæteros, de procurat. Ruin. conſ. 179. nu. 2. vol. 2.

2 Regulatur tamen ſecundum naturam rei, cui adiungitur, Doct. in auth. ex cauſa, C. de liber. præterit. l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 77. num. 56. lib. 2. & fuit dictum in Cartaginen. Sequeſtri 30. Decembris 1599. coram Illuſtriſs. D. Cardinal. Lancellotto.

SVMMARIVM.

1 *Sumitur iſta dictio, vt nomen, & vt aduerbium, & quid ſignificet, & nu. 2.*

DICTIO XXVIII.

CÆTERVM.

1 DVpliciter ſumi poteſt hæc dictio, Cæterum, vt nomen, & vt aduerbium, vt nomen

men ſignificat reliquum, l. quæſitum, §. idem r. ſpondet ibi cæteram ſuppellectilem, ff. de fund. inſtruct. inſtrumentoq. legat. & l. cæte-
2 rorum, ff. de verb. ſignific. Vt aduerbium ſignificat idem, quod dictio, ſed, l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. l. in cauſam, ff. de procurat. Rip. in l. in fideicommiſſariam, §. ſi legatum, n. 1. ff. ad Senat. conſult. Trebell.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, quando debet probare aliquod tempus determinatum, addens dictionem, circa, non probat.*
2 *Circa, ponitur continuatiuè.*
3 *Refertur ad modicum tempus.*
4 *Et ad excludendum delictum, quomodo intelligatur.*
5 *Item ponitur incluſiuè.*

DICTIO XXIX.

CIRCA.

Vitioſa poteſt appellari dictio, Circa, quia vitiat probationem teſtis deponentis de
1 certo tempore: nam quando debet probare aliquod tempus determinatum, & addit huiuſmodi dictionem, circa, non dicitur conclu-

denter probare de tempore illo determinato, quod erat probandum; vt eſt text. in c. final. de ſponſ. impub. & ibi Ant. de Butr. dicit hoc eſſe notandum, mentiquè tenendum, Alexan. conſ. 584. nu. 11. conſ. 183. num. 7. lib. 7. & conſ. 149. col. penult. in fin. lib. 5. & facit quod dicit Corn. in conſ. 179. nu. 4. vol. 3. & in conſ. 87. nu. 14. eod. vol.

2 Ponitur etiam continuatiuè, l. magnam, C. de contrahen. & committen. ſtipulat. l. falſus, C. de furt. l. quoties, ff. ſolut. matrim. &
3 l. quid ergo, ff. de legat. 1. & refertur ad modicum tempus, Corn. d. conſ. 179. nu. 5. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 10. nu. 15.

4 Hinc infertur ex Polyd. Rip. in tract. de noct. temper. in cap. 5. nu. 44. quòd ad excludendum maius delictum, dictio iſta in mitiorem partem interpretatur, & allegat conſ. Burſat. 141. nu. 28. vol. 2. & idem Polyd. in cap. 86. nu. 13. eod. tract.

5 Ponitur quoquè dictio iſta incluſiuè, c. licèt, extr. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter dictio, Citra, ſignificat tempus præteritum, vſque ad præſens, quo aliquid fit.*

2 *Quod eſt verum, quando ita expoſcit ſubiecta materia, vt cum profertur ab homine in iudicio.*

3 Se-

3 *Secus quando profertur à lege communi, vel ſpeciali*
4 *Verba ſecundum ſubiectam materiam, ſunt intelligenda.*
5 *Teſtis deponens à quadraginta annis citra, non probat.*
6 *Teſtis ad hoc vt probet, neceſsè eſt, vt deponat à quadraginta annis, & citra addendo dictionem, & & nu. 7.*
8 *Limita 1. niſi adderet aliquam aliam dictionem temporis continuatiuam, videlicet, ſemper, perpetuò, & ſimiles.*
9 *Limita 2. vt non procedat in Regno Hiſpaniarum.*

DICTIO XXX.

CITRA.

1 Regulariter dictio, Citra, ſignificat tempus præteritum vſque ad præſens, quo aliquid profertur, c. licèt cauſam, extr. de probat.

2 Quod eſt verum, quando ita expoſcit ſubiecta materia, vt cum profertur ab homine in iudicio, puta dicendo in libello, vel articulis, ſe poſſediſſe à tanto tempore citra; non enim poteſt dici, quòd deduxerit poſſeſſionem futuri temporis, quæ nondum fuit, quia

nequè poteſt deduci, l. non quemadmodum, ff. de iudic.

3 Secus verò, quando profertur à lege communi, vel ſpeciali, cuius natura eſt perſpicere futuris negocijs, & cauſis per eandem
4 rationem, quia ſecundum ſubiectam materiam, verba ſunt intelligenda.

In teſtibus autem iſta dictio vitiat proba-
5 tionem temporis;nam teſtis deponens à quadraginta annis citra, non probat nedum de tempore 40. annorum, ſed nequè de tempore vnius anni, quia quòd fuit heri, & non ante,
6 dicitur fuiſſe à 40. annis citra. Neceſsè eſt enim, quòd teſtes deponant à 40. annis, & citra, addendo dictionem, et, & ſic probat. d. c. licèt cauſam, & ibi notant Hoſtienſ. & Ioan. Andr. text. in l. 1. §. quod autem, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Bart. in l. Celſus, in vltim. col. ff. de vſucap. & in l. ſi poſt, ff. de rei vendic. Bald. in l. falſus, in 4. col. de furt. & in l. iudicia, C. de rei vindic. Alexan. conſ. 45. num. 7. vol. 2. Balb. de præſcription. in vltim. part. num. 14. Card. Seraphin. deciſ. 1112. num. 1. part. 1. Ruin. conſ. 67. nu. 10. verſ. nam vnus teſtis, lib. 1. Caputaq. deciſ. 81. lib. 2.

7 Vnde prolata à Teſte ſine copula, et, verificatur in vſu facto, per vnam diem tantum, d. l. 1. §. quòd autem, & ibi etiam Bart. &

idem

idem in ſupracitata l. Celſus, col. vltim. Doct. in allegato c. licèt cauſam, Alexand. conſ. 108. num. 7. lib. 2. Mareſcott. variar. reſolution. cap. 100. num. 13. lib. 2. tenuit Rota in vna Hiſpalen. decimarum de Tribuxena, 6. Iunij 1580. coram Card. Seraphin. & in alia Burgen. decimarum 10. Martij 1597. coram R. P. D. Orano, & ita communiter obſeruat per doctrinam Bart. in ſępè dicta l. Celſus, num. 24.

8 Limita 1. ſupradictam regulam, niſi teſtes deponentes per hanc dictionem, citra, ſine copula, et, adderent aliquam aliam dictionem temporis continuatiuam, videlicet, ſemper, perpetuò, & ſimiles, vt fuit dictum in d. Burgen. decimarum, & in vna Tiraſonen. Iuris prę ſentandi 21. Octobris 1594. coram R.P.D. Litta, vbi habetur, quòd etiam abſquè dictione, citra, dictio, ſemper, operatur reſpectu quadragennariæ.

9 Limita 2. vt non procedat in Regno Hiſpaniarum, vbi non ſolet aduerti, an teſtes deponant cum copula, vel ne, vt dixit Rota in Pampilonen decimarum coram Cardinal. Pamphil. ex Molin. lib. 2. de primogenitur. Hiſpaniar. c. 26. num. 39. in fin. Mareſcott. vbi ſupra num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Concorditer, dictio, intelligitur ſine vlla diſcrepantia, & nemine contradicente.*

DICTIO XXXI.

CONCORDITER.

TRanſit ſine difficultate, quòd ſi quid con-
1 corditer à pluribus fieri debet, intelligitur ſine vlla diſcrepantia, & nemine contradicente, & id maximè procedit, quando agitur de materia contractus, & ſtricti iuris, vt voluit Alex. in conſ. 124. num. 2. & 3. lib. 2. cum alijs ibidem, vbi ſubiungit hoc præſertim habere locum in negocio, vel re Vniuerſitatis, ſiue Collegij, qui agunt tanquàm vniuerſi. Quando verò verſamur in ijs, in quibus factum plurium perſonarum agitur, tanquàm à ſingulis, vel habetur pro facto legitimo, tanquàm tractato à maiore parte, ac ſi ab omnibus factum eſſet, eo caſu debet intelligi, hoc eſſe per iuris fictionem, non autem per veritatem, Alex. d. conſ. eod. n. 2. Et idem dicendum de dictione, vnanimiter, vt poſuerunt Bertach. & Alberic. in eorum diction. in verbo, Vnanimiter.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confeſtim, dictio, eſt intelligenda cum temperamento temporis.*
2 *Significat idem, quod dictio, mox, & incontinenti.*

DICTIO XXXII.

CONFESTIM.

VIdetur prima fronte, dictionem hanc im-
1 portare præcipitem feſtinationem; &
tamen eſt intelligenda cum temperamento
temporis, vt notatur in c. ſicut, de verbor.
2 ſignificat. lib. 6. licèt ſignificet idem, quòd di-
ctio, mox, citò, & incontinenti, l. Tutores,
C. de adminiſtr. tut. c. quia propter, extr. de
election. l. final. C. de error. aduoc. c. cum
ſint, cum ibi notatis, extr. de appellat. de
quibus quidem dictionibus ſuo loco dicemus.

DICTIO XXXIII.

CONTRA.

POnitur aliquando dictio, Contra, pro dictione, præter, gloſ. in auth. quæ res, C. de

ſacroſ. Eccleſ. & ponitur etiam contumaciter, l. nuda, C. de contrahen. & committen. ſtipulat. & l. falſus, ff. de furt.

SVMMARIVM.

1 *Natura dictionis Cum, eſt copulare acceſſoriè.*

2 *Teſtator legans fundum cum peculio, ſi legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio.*

3 *Teſtator inſtituens vxorem cum filijs ſuis, vxor intelligitur inſtituta pro dimidia, & eius filij pro altera dimidia, vigore dictionis, cum.*

4 *Ponitur æquè principaliter ſicut copula, et.*

5 *Denotat ſimultatem quandam, & de neceſſitate requirit concurſum vtriuſquè partis.*

6 *Adiecta verbo præſentis temporis, ponitur cauſatiuè, & accipitur pro dictione, quia.*

7 *Item ponitur conditionaliter.*

8 *Item denotat admonitionem, ſeu admirationem.*

DICTIO XXXIV.

CVM.

1 Natura dictionis, Cum, eſt copulare acceſſoriè, l. 1. & 2. & ibi Bart. nu. 3. ff. de pecul.

pecul. legat. Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi, in repetit. nu. 5. & in lect. nu. 17. ff. de verbor. obligat. Bart. in l. Sæiæ, §. Caio, nu. 4. ff. de fid. inſtrument. l. ſi cui fundum, ff. de fund. inſtruct. Caſtren. conſ. 377. ante num. 2. par. 1. Alex. conſ. 193. nu. 6. lib. 2.

2 Et ideò ſi teſtator legauerit fundum cum peculio, ſi legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio, quia veriſimilis mẽs teſtatoris fuit, vt peculium non deberetur, niſi vna cum fundo, propter dictionem, cum, cuius natura eſt, vt copulet, vt dixit Rota deciſ. 709. num. 9. part. 1. diuerſ. tradit latè Honded. conſ. 91. num. 13. viden. conſ. 1. num. 19. & 49. conſ. 2. num. 17. & conſ. 8. nu. 45. vol. 1. & conſ. 73. nu. 13. vol. 2.

3 Prolata itaquè à teſtatore, licèt excludat ordinem ſucceſſorium; tamen dubitari non poteſt, ſi ipſe teſtator inſtituat vxorem cum filijs ſuis, quin etiam vxor intelligatur inſtituta pro dimidia, & eius filij pro altera dimidia, Bald. in l. ſi mulieri, de vſufruct. accreſcen. & eſt communis concluſio, quòd ſi plures, inter quos cadit ordo caritatis, fuerint inſtituti ſub dictione, cum, ſimul, & coniunctim admittantur, nõ autem ordine ſucceſſorio Cardinal. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 8. num. 29. lib. 4. Item ſi teſtator legat alimenta filiæ cum hærede, intelligitur,

gitur, quòd ſtet inſimul cum hærede, & præſtet operas conuiuales, Bald. conſ.484. in fin. nu. 2. vol. 4. & Bart. in l. Iulius Paulus, nu. 6. ff. de condit. & demonſtr.

4 Et quamquam ponatur inter duo, quorum vnum non venit acceſſoriè ad aliud, copulat nihilominùs æquè principaliter, ſicut copula, et, caſus eſt, & ibi Bart. in l. tabernam, ff. de fund. inſtruct. & eſt text. in d. l. 2. & in l. 4. & ibi Iacob. de Aret. ff. de pecul. legat. Io. Andr. in c. quia ſæpè, de præben. in 6. Soccin. Sen. conſ. 69. nu. 4. vol. 4. Corn. conſ. 38. nu. 2. vol. 1. & hoc maximè procedit poſita inter perſonas, l. Titiæ textores, §. nihil diſtat, ff. de legat. 1. & Bald. conſ. 414. nu. 2. vol. 5.
5 & hoc quia denotat ſimultatem quandam, & de neceſsitate requirit concurſum vtriuſquè partis, ita notabiliter determinat, Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum. circa primam col.

Hinc infertur, quòd ſi vendatur Caſtrum, cum omnibus pertinentijs ſuis, intelligitur concedi Caſtrum cum Vniuerſitate omnium iurium, c. cum ad ſedem, cum gloſ. in verbo, pertinentijs, & ibi Canoniſt. de reſtit. ſpoliat. c. cum venerabilis, de relig. do. quin etiam intelligitur conceſſum totum territorium, l. 1. §. cum Vrbem, ff. de offic. præfect. Vrb. Iaſ. in repet. l. quo minùs, ff. de flumin. n. 122.

Ad-

Aduertit tamen ibidem, quòd ſi vendatur fundum cum omnibus iuribus, ea tantùm vendita videntur, quæ ſunt de natura rei venditæ, & allegat Innocent. hoc expreſsè dicentem, in c. ex literis, de iur. patronat. per text. in l. ſi mercedem, §. 1. ff. de action. empt. quem ſequitur Bald. in Rubric. C. de contrahen. emption. quæſt. 11. in l. final. C. ſi cenſ. vel reliq. fund. comp. non poſſ. & in l. à procuratore, C. mandat. & ſubdit ad hoc propoſitum ipſemet Iaſ. in d. nu. 122. quòd ſi vendantur poſſeſsiones in tali territorio cum omnibus iuribus, certe nō venire ſub iſta generali venditione ius pedagij colligendi, nec merum, aut mixtum imperium, quia non ſunt de natura rei venditæ, ſed aliud ius incorporale, Innocent. in ſupracitato c. ex literis.

6 Cæterum adiecta verbo præſentis temporis ponitur cauſatiuè, & accipitur pro dictione, quia, Bart. in l. 1. ſub num. 8. & in l. demonſtratio, §. quòd autem, ſub num. 9. ff. de condit. & demonſtr. text. in l. cum quis, §. codicillis, ff. de legat. 3. in c. 2. in fin. de conſuet. & in Clement. teſtibus, in fin. & ibi gloſ. Card. & alij de teſtib. argum. l. cum Clericus, C. de Epiſc. & Cleric. Roman. conſ. 438. nu. 3. & Rota Roman. deciſ. 22. n. 5. par. 2. diuerſor.

7 Ponitur etiam conditionaliter, & conditionem inducit, text. in l. huiuſmodi, & in l. quodcunquè,

cunquè, §. final. ff. de verbor. obligat. notat Bar. in l. 1. verſ. ſecundo quæro, ff. de condit. & demonſtrat. Bal. in l. ex his, C. quand. dies leg. ced. cum. ſimil Alex. in d. l. quodcunquè, §. final. Et talis conditio dicitur expreſſa, ſecundum Bal. in Rubric. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. conſ. 401. n. 1. tom. 2. Grat. conſ. 1. n. 94. & conſ. 138. n. 11. lib. 1. & Pariſ. cōſ. 17. n. 25. lib. 1.
8 Et demum denotat quandā admonitionem ſeu admirationem, l. ſi decem, ff. de verbor. obligation. l. 2. §. negat, ff. de mort. infer. & l. 1. ff. de fund. inſtruct.

DICTIO XXXV.

CVR.

ISta dictio, Cur, ponitur interrogatiuè, ſicut dictio, quare, nunquid, & ſimiles, l. Gallus, ff. de liber. & poſthum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, De, ſubtiliter explanatur, cum num. ſeqq.*

DICTIO XXXVI.

D E.

1 ESt huiuſmodi dictio, De, ſimilis dictioni, ex, quia importat cauſam proximam, & imme-

immediatam, iuxta tex. in l. 1. §. final. ff. de incend. ruin. & naufrag. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Bal. in l. 1. C. ſi ſeru. exter. l. 1. §. nunc videamus, ff. de coniung. cum emancip. liber. & ibi Bart. in §. emancipatus, & in l. prætor ait, §. quod de fructibus, n. 2. ff. de bon. auct. iudic. poſſ. Iaſ. in l. non dubium, nu. 24. C. de leg. & in c. cum cauſam, de electiōn. quibus adde tex. in l. 1. ff. depoſit. Pariſ. in conſ. 9. nu. 44. lib. 2. Dec. in Rubric. ff. ſi cert. petat. Anchar. quæſt. 69. numer. 2. & 6. part. 1. Polyd. Rip. in tract. de nocturn. tempor. in c. 62. num. 7. & refert Cardinal. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. cum alijs per eum adductis in tit. 12. numer. 17. lib. 11. Cagnol. in Rubric. numer. 24. ff. de Regul. iur.

2 Aliquando oſtendit cauſam remotam, vt eſt text. notabilis in d. l. ſi finita, §. deinde, circa princ. dum inquit, de opere ſatiſdare, quæ verba ibi gloſ. cum. additione ad Margaritam, & Bar. nu. 1. exponunt, ſcilicet non de opere, ſed de damno ex opere futuro ſatiſdari, & in §. final. eiuſd. leg. ibi, vt tantum præſtetur ei, quantum præſtari oportet, ſi de ea re cautum fuiſſet; non de ea re, hoc eſt de damno ex ea re proueniente cautum; hoc idem declarat Dec. in d. Rubric. in prnc. lectur. ſub num. 2. & in 2. lectur. ſub num. 6.

3 Im-

3 Importat quoquè propriam originem, ſeu domicilium; nam poſito ſtatuto iubente, in contractibus adhiberi teſtes de iuriſdictione, intelligi debet de originario, nam illa verba ad ipſam naturalē cauſam de loco ſumptam, ipſamq. originem potiùs, quàm ad loci domicilium immediatè referuntur, l. 1. ff. ad Municipal. Bart. in l. prouinciales, in fin. ff. de verbor. ſignificat. & in tract. repręſal. q. 7. nu. 2. Bal. in l. ex arrali, num. 2. C. de actio. empt. Surd. deciſ. 129. nu. 15. Alciat. in d. l. prouinciales, & Socc. Iun. in l. 1. nu. 14. ff. ſolut. matrim.

4 Interdum etiam importat partialitatem, vt cum dicimus, iſte eſt de Vniuertate, ideſt pars Vniuerſitatis, c. 1. q. 1. §. aliud.

5 Nonnunquam identitatem eſſentiæ, nimirum quando dicimus, filius natus de patre; imò quoquè ipſammet ſubſtantiam, vt cum
6 dicimus Corpus Chriſti de pane fieri. Et aliquando deſignat ordinem, vt de nihilo creaturam fieri.

7 Plerunquè ponitur pro, A, l. ſi is qui rem, §. fin. ff. de furt. in illis verbis, ſi ſtipulatus, de te ſim, ideſt à te, l. 1. C. de fund. rei priuat. lib. 11. ibi de Fiſco, ideſt à Fiſco, l. 1 de fideicommiſ. l. ſi vt certo, ff. commod. §. ſi de me, ideſt à me; hoc etiam ſentit Romanæ ille eloquentiæ parens Tullius de Orat. dum inquit,

inquit: Audiui de Socero meo, ideſt à Socero meo,& alibi, audiui de maioribus natu, ideſt à maioribus natu.

8 Quandoquè denotat, propter, l. vnica, C. quan. ciuil. act. in princ.ibi,de re familiari, quæ verba ibidem gloſ. & Doctor. exponunt, propter rem familiarem, l. 4. ff. de præter. hæred. Vndè Terrent. in Eunuc. eſt quid nos amas de fidicina iſtac, ideſt propter fidicinam hanc.

9 Interdum ſumitur pro dictione, ſuper, l. 3. C. ſi à non compet. iudic. in princ. dum ait,ſi de proprietate datus eſt Iudex, ideſt ſuper proprietate, vt ibi gloſ. demonſtrat.

10 Aliquando denotat dictionem, pro, auth. vt nulli iudicum, §. neceſſarium, ibi, vt nulla mulier de qualibet re includatur, ideſt pro qualibet re, vt ibi per gloſ. & eſt text. & gloſ. in l. poſt vendit. ff. de aqu. pluu. arcen. in princ.& in l. procurator,§.ſi quis, verſ.ex quo, ff. rem rat. haber. in illis verbis, non ante ex ea agi poterit, quam de libertate iudicatum fuerit.

11 Item ponitur declaratiuè, vt in l. de lanionibus, §.cum in villico, §.idem conſultus, & §.bubuleo, ff.de fund.inſtruct. in l. ſi quis, in princip. ff. de recept. arbitr.

12 Item ſumitur pro dictione, ſecundum, vt de ſententijs, ideſt, ſecundum ſententias,

20. di-

20. diſtinct. de libell. & ad tradit. per Doctor. in l. 2. C. de ſentent. exper. recepr.

13 Item ponitur pro dictione,in, vt de præſenti, videlicet, in præſenti, c. metuentes, 17. diſt. 4. de Archiep. re. & c. 1. extr. de tranſact.

14 Item denotat cauſam materialem immediatam, quando iuncta eſt materiæ, vt notat Bal. in l. ex arrali, in princ. C. de actio. empt. vt puta cum dicitur, veſtis eſt de lana, lineoq. contexta.

15 Quandoquè verò habet vim detrahendi, ſeu diminuendi, l. derogatur, ff. de verbor. ſignificat. l. 1. ff. depoſit. & l. generaliter, §. 2. de calumn. Bal. verò in conſ. 221. nu. 5. par. 1. dicit, quòd aliquando auget.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Debet, importat neceſſitatem.*
2 *Habet vim transferendi dominium.*
3 *Denotat ſignificationem verborum, quibus iungitur.*
4 *Et ponitur aliquando pro dictione, Solet.*

DICTIO XXXVII.

DEBET.

1 Dictio iſta, Debet, importat neceſſitatem, prout eſt tex. in l. 1. §. 1. ff. quod quiſquè iur.

iur. notat Abb. in c. cum locum, col. final. de ſponſ. eſt etiam tex. in l. prætor. in princ. ff. de eden. & gloſ. in Clement. final. verſ. debeant, de ſtat. monach. Bart. plenè in l. creditores, col. 1. C. de pignor. gloſ. in l. ſæpè audiui Cæſarem, ff. de offic. præſid. Oinot. in §. curare, n. 23. Inſtit. de actio. Secus eſt in dictione, poteſt, licèt, vna quandoquè pro alia ponatur, de qua Alex. in l. 1. col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.

2 Et vltra naturam inducendi neceſſitatem, habet etiam vim transferendi dominium, l. vbi autem, §. final. ff. de verbor. obligat.

3 Denotat ſignificationem verborum, quibus iungitur, vt notatur in l. ex conducto, §. ſi vno,
4 ff. locat. Et ponitur aliquando pro dictione, Solet, l. 1. ff. de hæred. inſtit. l. obſeruare, §. fin. ff. de offic. proconſul.

SVMMARIVM.

1 *Deinceps, dictio reſpicit quodcunquè tempus futurum.*
2 *Et accipitur in infinitum.*

DICTIO XXXVIII.
DEINCEPS.

1 IDem importat hęc dictio, Deinceps, quod dictio, poſtea, & deindè, & reſpicit quodcũq. tẽ-

D pus

pus futurum, & ſucceſſiuum, ex traditis per Rebuff. in l. appellatione parentis, col. 5. verſ. deinceps, ff. de verbor. ſignificat. & per Hond,
2 in conſ. 76. num. 31. vol. 2. Et aliquoties accipitur in infinitum, §. licèt, Inſtit. de adopt. & §. ſui, Inſtit. de hæred. qual.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Deindè, appoſita in inſtrumento Societatum, quid ſignificet.*
2 *Tractus ſucceſſiuus dicitur eſſe ab initio, vſquè ad finem.*
3 *Finis beneplaciti, eſt diſdicta ſocietatis.*
4 *Eſt etiam iſta dictio ordinis deſignatiua.*

DICTIO XXXIX.

DEINDE.

1 APpoſita dictio iſta in inſtrumentis Societatum officiorum, & adiecta dictioni,
2 ad beneplacitum, habet aliquem tractum ſucceſſiuum, & huiuſmodi tractus dicitur eſſe ab initio, vſquè ad finem, & cōprehendit tempus ſequens poſt terminum expreſsè præfixum, nihilq. ponit in eſſe de eo, quòd præcedit, l. ſtipulationes non diuiduntur, §. 1. ff. de verbor. obligat. gloſ. & omnes, in l. qui ante calendas, eod.

eod. tit. cum alijs per Bart. & Socc. in l. 2.
3 §. creditor, ff. ſi cert. petat. Finis autem huius beneplaciti, eſt diſdicta ſocietatis, Corn. conſ. 75. nu. 15. lib. 3. & fuit dictum in vna Romana Societatis officij Veneris 16. Februarij 1596. coram R. P. D. Iuſto, quę deciſio eſt impreſſa apud Zacch. de Societat. deciſ. 41. n. 11. & ita etiã practicatur in Curia Romana.
4 Quæ quidem dictio eſt quoquè ordinis deſignatiua graduum; videlicet, quòd primo ſuccedant primi, deindè remotiores, l. 2. §. deindè, ff. de regul. iur. Bald. conſ. 293. num. 2. part. 2. & ita tenuit Rota in ſupracitata deciſ. nu. 12. & apud Farinacc. deciſ. 323. n. 7. vol. 1.

Eandem ſignificationem habere dictionem, Succeſsiuè, firmat text. in l. auia, in princip. vbi gloſ. ff. de condit. & demonſtrat. Honded. conſ. 49. nu. 19. lib. 2. Surd. conſ. 365. num. 9. lib. 2. quin etiam præcedentium qualitatum repetitionem inducere, tenuit Rota inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 453. nu. 1. in fin. vol. 2.

DICTIO XL.

DEMVM.

Demum, eſt dictio taxatiua, l. ita demum, C. de procurat. l. ita demum, ff. de arbitr. & tradit Bal. in conſ. 208. nu. 2. part. 4.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes, eſt dictio latiſſima, & extenditur in infinitum ad omnes poſteros.*

2 *Appellatione deſcendentium, qui comprahendantur, & num. 3. 4. & 6.*

5 *Nomina ſunt naturalia.*

DICTIO XLI.

DESCENDENTES.

1 Latiſſima eſt iſta dictio, Deſcendentes, quia
2 extenditur in infinitũ ad omnes poſteros, & appellatione deſcendentium comprehendũtur non ſolum maſculi, & deſcendentes ex maſculis, ſed etiam fœminæ, & deſcendentes ex fœminis, caſus eſt in l. 1. C. de ſuis, & legit. & eſt tex. in l. ſi quis, C. de inceſt. nupt. in auth. de reſti. fideicommiſſ. §. 1. & in auth. de hęred. ab inteſtat. venien. §. ſi verò is, Socc. Sen. conſ. 51. nu. 1. & 2. vol. 4. Alex. conſ. 160. ſub nu. 4. lib. 2. Dec. conſ. 570. nu. 9. tom. 2. hanc eandem opinionem tenuit Rota in Bononien. de Elephantuccijs die 4. Nouembris 1584. coram R. P. D. Vicecomite, fundans ſe in notatis in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſthum. & hoc idem voluit Mareſc.

variar.

variar. reſolut. in cap. 45. num. 4. & 6. lib. 1.

3 . Nec ſolum hęc iura procedunt in ſupradicta dictione, deſcendentes, ſed etiam in dictione,
4 proximi, vt notat Angel. in conſ. 289. Item in dictione, propinqui, Bal. conſ. 334. lib. 3. Item in dictione, poſteri, Ant. de Butr. conſ. 1. & Dec. d. conſ. 570. num. 10. & 11.

5 Et in prædictis, & ſimilibus dictionibus veniunt etiam fœminæ, quia nomina ſunt naturalia, vt dicit Bart. de nomine appellatiuo filiorum, in l. tutelas, ff. de capit. dimin.

6 Et quòd dixi de huiuſmodi dictionis extenctione ad poſteros, non eſt intelligenda ſolum de poſteris, verum etiam de deſcendentibus, & alijs, quia nihil refert, an dicatur, poſteri, vel deſcendentes, vt voluit gloſ. in c. ſtatutum, verſ. ignorare, de hæret. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dicti, cuius ſit natura, & quam ſignificationem habeat, & num. 2.*

3 *Limita.*

4 *Pactum factum cum dictione, Dicti, quid operetur.*

DICTIO XLII.

DICTI.

1 INdubitatum eſt, huiuſmodi dictionem eſſe repetitiuam, & relatiuam præcedendium,

 & eorum

& eorum quæ ſuperiùs dicta fuerunt, vt dixit Bart. in l. talis ſcriptura, §. final. verſic. quæro ergo, ff. de legat. 1. tex. in l. 1. §. hoc ædicto, & ibi Bart. ff. de poſtulan. Caputaq. deciſ. 42. nu. 2. par. 2. Maſcard. de probat. cum alijs per eum allegatis in concluſ. 126 nu. 34. vol. 3. Socc. conſ. 62. nu. 1. & conſ. 112. nu. 13. vol. 4. Pariſ. conſ. 31. num. 26. & conſ. 86. num. 36. vol. 2. conſ. 21. nu. 37. & conſ. 1. nu. 131. vol. 3. Rolan. à Vall. conſ. 56. nu. 27. tom. 3. & conſ. 30. num. 21. tom. 4. cum alijs ibidem ab eo adductis, latè Honded. conſ. 60. nu. 55. & 56. conſ. 72. num. 24. vol. 1. & conſ. 69. num. 4. vol. 2. Bellamer. conſ. 32. in princip.

2 Nec ſolum ſimpliciter eſt relatiua præcedentium, ſed habet etiam relationem ad præcedẽtia cum omnibus qualitatibus ſuis, Corn. conſ. 9. in litera E; vol. 1. Socc. Iun. conſ. 102. num. 3. & conſ. 103. num. 5. vol. 3. Bero. conſ. 732. nu. 7. vol. 3. Natt. conſ. 476. nu. 10. tom. 2. Honded. conſ. 49. nu. 14. vol. 2. Gabriel. conſ. 68. nu. 15. & conſ. 176. nu. 26. lib. 2. Alex. conſ. 140. ſub nu. 3. vol. 6 Dec. conſ. 465. num. 8. tom. 2. Curt. Iun. conſ. 58. col. 1. Ruin. conſ. 103. nu. 1. vol. 2. Rip. in l. filius familias, §. dico, nu. 111. ff. de legat. 1. Crauett. conſ. 98. num. 8. confirmat Cephal. conſ. 16. nu. 75. Surd. conſ. 163. nu. 14 lib. 2. conſ. 414 nu. 63. conſ. 313. nu. 40. conſ. 352. nu. 20 & conſ. 417.

nu. 4.

nu. 4. lib. 3. vbi latiùs. Et dictionem hanc facere relationem non ſolum ſubſtantiæ, verùm etiam omnium qualitatum firmat Rolan. à Vall. in conſ. 34. nu. 31. & 32. tom. 4. tex. in l. à filio, §. teſtator, & ibi Bart. ff. de aliment. legat. Aret. in conſ. 155. col. 2. Gabriel. conſ. 66. num. 7. 8. 11. & 22. vbi alios refert lib. 2. Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. final. nu. 5. ff. de legat. 2. Seraphin. decif. 584. nu. 8. par. 1. Rota apud Farinacc. decif. 187. nu. 7. vol. 1.

3 Vnam tamen limitationem obſerua, vt aliquãdo reſtringat, vt ponit Crauett. in conſ. 98. n. 8. Vbi licèt appellatione hæredum veniant hæredes hęredũ, tamen fallit quando de hęredibus facta eſt mentio, & fit repetitio, ideſt dictos hæredes, vel ſupraſcriptos hæredes, & hoc probatur melius, in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. & per Dec. d. conſ. 465. nu. 8. & 9. vbi quod appellatione filiorum hæredum, qui repetuntur per relationem dictionis, dictos, non veniunt nepotes, quia
4 repetit qualitates omnes. Hinc ſi pactum factum cum aliquo (iſta dictione adhibita) illud ad hæredes non tranſit, quia eſt perſonaliſſimum, Cagnol. in l. 2. nu. 46. verſ. allata, C. de pact. inter empt. & vendit. Rota in Romana domus 13. Februarij, & 24. Nouembris 1617. coram R. P. D. Pirouano, Menoch. conſ. 115. n. 50. Franc. inter conſ. Felin. cõſ. 25.

nu.13. & ſeqq. Guid. Pap. quæſt. 411. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. c. 13. nu. 34. Rota in Bononien. de Mangiolis 20. Februarij 1615. coram R. P. D. Caualerio.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Diù, ſignificat decennium. Contrarium in num. 2.*

3 *Ponitur quandoquè pro biennio.*

4 *In fideiuſſore quid ſignificet.*

5 *Fideiuſſor quando poſſit ſe à vinculo fideiuſſionis liberari, & num. 6. & ſeqq.*

11 *Limita, & num. 12.*

13 *Statutum Romæ in cap. 157. lib. 1. diſponit, vt fideiuſſor etiam quòd diù non ſteterit in fideiuſſione, ab ea liberetur.*

DICTIO XLIII.

DIV.

1 NOn erit inutile ſcire quot tempus ſignificet dictio, Diù, & dic breuiter ſignificare decennium, per text. in l. fideicommiſſa, cum ibi notatis, ff. qui, & à quib. alias autem dicitur tempus diuturnũ, quod eſt viginti annorum, l. vltima, C. de ſeru. l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeru. vend. l. 2. C. ſi aduerſ. credit.

2 Glo-

2 Gloſa verò in l.Lucius, ff.mandat.dicit non eſſe intelligendam pro decennio, prout ſolet intelligi, ſed arbitrio Iudicis, & cum dicta gloſ. tranſeunt Bart. Alex. & Iaſ. poſt alios in l. ſi pœnam, ff. de verbor. obligat. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum, num. 11. ff. de legat. 1. & tradit Neguſant. de pignor. in 3. membr. 6. part. nu. 46. fol. mihi 258.

3 Text. verò in l.quæ in agro,C. de omn.agr. deſert. lib. 9. ait, poni aliquando poſſe pro biennio.

4 Sed quæro quot tempus ſignificet iſta dictio, in fideiuſſore, nempè quanto tempore illi ſuccurratur, ſe à fideiuſſione eximere volenti: dic,vt etiam intelligatur arbitrio Iudicis, gloſ. in c. vltim. in fin. gloſ. prim. ibi, & quòd dicit, diù referendum eſt ad arbitrium Iudicis, de fideiuſſor. Ruin. conſ. 187. nu. 12. tom. 1. Afflict. deciſ. 241.ſub nu. 3.ibi, ſecundo ſi diù ſtetit,Menocch.de arbitr.iudic.lib.2. cent. 1. caſ. 41. nu.3. & Guid. Pap. deciſ.117. ſub num.1. ibi, ſed iſtud remittitur.

5 Item quæro quando fideiuſſor poſsit ſe à vinculo fideiuſsionis liberari. Dic quòd Primo poteſt petere ſe liberari, quando debitor diù ſolutionem debiti protraxit, vel ipſe fideiuſſor diù ſtetit in obligatione, text. in d. cap. final. in l. huius Titius, in fin.ff.mandat. & ibi gloſ. in verbo, condemnetur; quia fideiuſſor

non

non debet perpetuò eſſe obligatus, ne ex beneficio maleficium conſequatur: ſed fortaſſe dicet aliquis, qui pro alio fideiubet, ſe periculo ſolutionis exponit, & rectè dicet, iuxta illud Salomon. c. 6. Prouerbior. Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum dexteram tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus; fac ergo, quòd dico, & te met ipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui: & vulgari ſolet etiam prouerbio dici: Sponde, noxa præſto eſt; & proindè rectè dicimus, pariter eſſe promittere, & ſoluere, ad text. in l. final. C. ad Falcid. ibi, in verbo, ſoluerit.

6 II. Quando debitor cœpit dilapidare bona ſua, itaut ex nimia prodigalitate, & dilapidatione ad paupertatem peruenire poſſit, tunc enim (cum periculum ſit in mora) fideiuſſor agit ad ſui liberationem, nec debet expectare donec facultatibus omninò labatur, text. in d. c. final. Afflict. d. decis. ſub num. 3. ibi, quinto ſi cœpi; nam vigilantibus iura ſubueniunt, non dormientibus, l. pupillus, §. final. ff. qui in fraud. credit. cum ſimil.

Intellige tamen de modica dilapidatione, & parua prodigalitate, quia de modico non curat Prætor, l. Sæio, ff. de reſtit. in integr.

7 III. Quando fideiuſſor ſententia Iudicis conaretur ſoluere, d. c. final. & l. ſi pro ea, C. man-

C. mandat. ibiquè, Bal. nu. 7. & 9. & Afflict. d. deciſ. d. nu. 3. ibi, primo ſi condemnetur.
8 IV. Si inter debitorem, & fideiuſſorem pacto conuentum ſit, quòd ante ſolutionem poſſit ipſe fideiuſſor agere ad liberationem, per text. in d. l. ſi pro ea; hoc enim non eſt probandum multis auctoritatibus, cum res per ſe ipſa vulgaris ſit, & nemo eſt, quin neſciat, ex conuentione, contractus legem accipere, text. in l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſit. cum vulgar. Vel etiam ſi ad tempus fideiuſſerit, illudq; lapſum ſit, cum etiam pacta ſint ſeruanda, l. iuris gentium, §. prætor ait, ff. de pact.
9 V. Si fideiuſſor cauſa ſtudendi à domo ſua velit proficiſci ad aliam Ciuitatem, vel Prouinciam, tunc rectè petit à debitore, vt alium loco ſui fideiuſſorem conſtituat, Roman. ſing. 101. incipien. quæro à te, vbi dicit, hoc dictum eſſe vnicum in mundo, Andr. Gaill. pract. obſeruat. obſeru. 29. num. 15. lib. 2. & addit. ad Afflict. in d. deciſ. in princ. quos caſus refert etiam Guid. Pap. in allegat. deciſ. 117. num. 1.
10 VI. Quando inter fideiuſſorem, & debitorem ſuperueniſſet grauis inimicitia, quo caſu à fideiuſsionis onere eximi peti poteſt fideiuſſor, ita vt compelli nulla ratione poſſit, onus illud amplius pati, Roman. conſ. 459. num. 7.
qui

qui allegat Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iudic. §. ſpecialia, in addit. incipien. Hic nota, quòd cum ille, &c. dicitq. hoc eleganter determinare, idquè annuit etiam Addit. ad Affliſt. in d. deciſ. nu. 4. ibi, Romanus verò.

11 Quibus ampliationibus accomoda duas limitationes, fideiuſſorem ſcilicet non poſſe petere ſe à fideiuſsione eximi. I. Quando ſcienter fideiuſsit pro homine inope, vel prodigo, etiam ſi diù ſteterit in fideiuſsione, vt eſt text. in l. creditores, ff. de priuil. credit. Bald. in d. l. ſi pro ea, nu. 1. Et ratio eſt, quia ſuccurrendum non eſt illi, qui ſe vltrò, ac propria voluntate, neceſsitati exponit, l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſdar. cogant. Gaill. vbi ſupra num. 9.

12 II. Quando promiſit de euictione, quandoquidem cum huiuſmodi promiſsio ſit conditionalis, nempè de futura euictione, licèt ipſe fideiuſſor diù ſteterit in promiſsione, non tamen diù ſtetit in obligatione, nequè prius eſt liberandus, quàm obligandus, idcirco ratione incerti euentus, non poteſt debitor inculpari de mora, nequè à fideiuſſore conueniri pro liberatione fideiuſsionis, Bald. in d. l. ſi pro ea, num. 5. Alex. in l. facere poſſe, num. 1. cum ſequen. ff. ſolut. matrimon. & idem Bald. in l. 1. nu. 2. C. de fideiuſſor. minor.

Sed

Sed iſta quæſtio ceſſat multis in locis vigore Statutorum, ex quibus alia diſponunt, vt fideiuſſor liberetur à fideiuſsione etiam quod
13 diù non ſteterit in fideiuſsione, vt eſt Statut. Romæ in cap. 157. lib. 1. Alia verò diſpoſuerunt, quemquam diù ſtetiſſe in obligatione per annum, alia per biennium, & ſimil. prout extat etiam Statutum Viſsi patriæ meæ in Rubric. 15. de fideiuſſor. Vnde ad illorum diſpoſitionem recurrendum eſt, quando adſunt.

SVMMARIVM.

1 *Diutiùs, dictio quid ſignificet, & num.* 2.

DICTIO XLIV.

DIVTIVS.

INquit text. in l. cum impubere, ff. de reb.
1 dub. huiuſmodi dictionem ſignificare modicum tempus, Speculat. verò in §. poſt hoc autem, nu. 9. de diſputat. & allegat. dicit, illam ſe extendere ad biennium, vel quinquennium, & allegat tex. in c. 1. extr. de coniu.
2 lepro. & in l. quod dicitur, ff. de pact. Subdit tamen eſſe relinquendam arbitrio Iudicis, quam opinionem ſequendam arbitror, quia ſecun-

ſecundum ſubiectam materiam, Iudex debet illam extendere.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Donec, regulariter ſignificat tempus limitatum.*
2 *Facit conditionem. Intellige, vt in num.* 3.
3 *Legatum factum cum dictione, Donec, quomodo intelligendum.*

DICTIO XLV.

DONEC.

1 Regulariter dictio, Donec, ſignificat tempus limitatum ſicut dictio, tamdiù, gloſ. in Clement. 1. de cenſib. circa fin. in verbo, Donec, Alex. & Caſtrenſ. in l. 1. C. de leg. Capr. conſ. 117. nu. 3. Burſatt. conſ. 133. num. 1. lib. 2. Thob. Non. conſ. 12. nu. 14. Hond. conſ. 6. nu. 36. vol. 1. Bart. in l. ambiguitatem, C. de vſufruct. Caſtrenſ. conſ. 365. nu. 2. vol. 2. Iaſ. conſ. 69. nu. 11. verſ. ſexto moueor, vol. 3. Dec. conſ. 621. nu. 7. tom. 2. Cephal. conſ. 158. nu. 39. Surd. conſ. 419. n. 9. lib. 3. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 4. cap. 1. num. 85.

Et reſtringit diſpoſitionem cum perſeuerantia

rantia vſquè ad tempus, cui adiecta eſt dicta l.ambiguitatem, Bar.in l.1.col.6 ff.de condit. & demonſtrat.Grat.conſ.81.nu.26.lib.2.Cum habeat naturam ſuſpenſiuam, Bart. in l. final. §. 1. ff. ad Tertill. Bal. in l. 2. num. 5. C. de liber. præterit. Socc. Iun. conſ. 76. num. 113. lib. 1. Albert. Brun. in tract. de ſtatut. quod ſtant. maſcul. art. 10. q. 5. nu. 72. Thob. Non. conſ. 8. nu.2.Hond.conſ. 29.nu.3. vol.1.Aret. in l.Gallus, §. & quid ſi tantam, in fin.ff. de lib.& poſthum. latè Surd.conſ.186.n.15.lib.2. Polyd. Rip. in tract. de ſingul. obſeruat. obſeruat. 372. nu. 2. 3.& 4. &Rot. inrer impreſſas Farinacc.deciſ. 162. num. 3. vol. 2.

2 Et licèt faciat conditionem, vt habetur in l. pater Seuerinam, §. final. & ibi Bart. in verſ. ſecundò principaliter quæro, ff. de condition. & demonſtr. & tradunt Dec. conſ. 485. nu. 6. to. 2. Hond. cum alijs per eum allegatis, conſ. 82. num. 11. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 58. nu.8. vol. 3. Ruin. conſ. 43. num. 4. vol. 2. text. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3. in l. legatum, ff. de ann. legat. in l. cui vſusfructus, & in l. generaliter, §. duas filias, ff. de vſufruct. legat. & confirmatur in l. Mæuia, in princ. in l. qui Marco, in fin. & in l. Titia, ff. de annu. legat. cum ſimil.

3 Nihilominùs principaliter denotat tempus, ſecundariò verò conditionem; hoc eſt de

mente

mente Bart. in l. penult. ff. de excuſat. tut. & Card. in Clement. 2. §. 1. de ætat. & qualitat.

Et ita dicendum eſt de dictionibus, quandiù, dum, quouſquè, & ſimilibus, vt voluit Natt. in conſ. 459. nu. 16. tom. 2. & latè Surd. in conſ. 186. num. 16. lib. 2. & in conſ. 476. num. 2. lib. 4.

4 Quid autem operatur appoſita in legatis, dic, vt pro primo anno faciat legatum purum, pro ſequentibus conditionale, d. l. legatum, & l. filiæ, iunct. l. ſingulos, ff. de ann. legat. notant gloſ. & Doctor. in l. final. C. de indi. vid. toll. & Ruin. in conſ. 43. nu. 8. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dum, facit conditionem.*

DICTIO XLVI.

DVM.

1 Facit conditionem ſicut dictio, dummodò, donec, & ſimiles, l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3. notat Bart. in l. 1. verſ. quid de dictione, dum, ff. de condit. & demonſtr. l. ſi quis ita, eod. tit. Dec. conſ. 526. nu. 2. tom. 2. gloſ. & Bart. in l. 1. C. de leg. Pariſ. conſ. 95. nu. 47. lib. 2. & Ruin. conſ. 43. num. 5. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dumtaxat, quid ſignificet.*
2 *Habet vim tacitæ prohibitionis, & expreſſæ.*

DICTIO XLVII.

DVMTAXAT.

1 EXcluſiua eſt iſta dictio omnium aliorum caſuum præter eos, quos includit, l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. legat. l. 2. C. de legib. c. cum Eccleſia, de verbor. ſignificat. Clementin. exiui de paradiſ. verſ. cum autem natura, cum ſimil. Roman. conſ. 512. num. 2. & ibi Mandoſ. in addit. in litera E, Cardinal. in Clementin. 1. verſ. nos igitur, de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. & in Clemen. 1. in princ. de ſeque. poſſ. Natt. conſ. 78. nu. 3. tom. 1. Aym. conſ. 201. nu. 40. Pariſ. conſ. 47. nu. 18. lib. 4. Gozad. conſ. 60. nu. 7. & plura vide apud Bart. in l. 1. in princip. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.

2 Et habet etiam vim non ſolum tacitę prohibitionis, ſed expreſsę, Roman. conſ. 114. num. 5. & tradit Marc. Ant. de Amat. deciſ. Prouinc. Marchiæ 14. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dummodo, quid requirat.*
2 *Importat modum.*
3 *Tribus caſibus importat conditionem, & num. 4. & 5.*

DICTIO XLVIII.

DVMMODO.

1 Requirit iſta dictio, vt de neceſſitate exiſtat illud, cui adiungitur, ad hoc vt diſpoſitio poſsit effectum ſuum ſortiri, & denotat præciſum implementum, ſecundum Ioan. Andr. in c. ex tuarum, de auct. & vſu. pall. in verbo, Dummodo, & idem tenet Alex. in l. 1. in princ. in 2. notab. ff. ad leg. Falcid. Ruin. in conſ. 152. nu. 2. vol. 4. & in conſ. 215. nu. 6. vol. 1. Grat. in conſ. 86. nu. 1. lib. 2. Dec. in conſ. 326. ſub nu. 3. circa fin. tom. 1. Stracch. de Mercatur. in tit. mandati, num. 8.

2 Confirmatur maximè, quia inducit modum, Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtrat. l. cum ab eo, de contrahen. emptio. Ruin. in proximè citatis conſil. 152. nu. 3. & conſ. 215. num. 10 quibus adde conſ. eiuſdem 12. num. 37. vol. 3. &

conſ. 63.

conſ. 63. nu. 3. vol. 4. Corn. conſ. 130. nu. 7. vol. 3. Bero. conſ. 55. nu. 6. vol. 1. Surd. conſ. 456. num. 24. lib. 4. & alij ibidem per eum latiſſimè adducti, Seraphin. deciſ. 338. num. 5. & deciſ. 349. nu. 1. part. 1. Anchar. q. 31. nu. 8. & 15. par. 2. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 86. nu. 28. lib. 1. Marcus Ant. de Amat. deciſ. Prouinc. March. 50. nu. 34. & Corn. conſ. 162. num. 17. in princ. lib. 2.

3 Et licèt importet modum, tamen tribus caſibus importat etiam conditionem. Et primo, quando iſta dictio eſt adiecta diſpoſitioni, non autem executioni, Seraphin. deciſ. 1017. nu. 5. part. 1. qui refert, alias ita fuiſſe reſolutum in Patauina Penſionis coram bo. mem. D. de Rubeis, & in Cluſina Penſionis coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto 9. Nouemb. 1573. quæ eſt inter impreſſ. diuerſ. nouiſſ. 38. par. 1. & ita etiã tradit Soc. Iun. in cõſ. 18. n. 13. vol. 3.

4 Secundo, quando adiungitur ei, quod venit implendum ante quæſitum emolumẽtum, l. Thais, §. ſtichum, ff. de fideicommiſſ. libert. Bart. in ſupracitata l. quibus diebus, §. Termilius, vbi Caſtrenſ. & Socc. ff. de condit. & demonſtr. Curt. Sen. conſ. 74. col. 8. Socc. Iun. conſ. 148. in fin. vol. 1. latè Crauett. conſ. 10. nu. 14. & Surd. deciſ. 209. nu. 4.

5 Tertio, quando apponitur facti, explicando per aliquem tertium, vt patet ex notatis

per Bart. in d. l. quibus diebus, ſ. final. nu. 2. 4. & 9. & conſuluit Gabr. in conſ. 65. num. 1. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eadem, dupliciter capi poteſt.*
2 *Significat identitatem in omnibus, & per omnia.*

DICTIO XLIX.
EADEM.

1 Dupliciter capi poteſt dictio, Eadem, vt genus, & vt ſpecies. Vt genus ſi ſumus in materia fauorabili, vt ſpecies in materia odioſa, hanc notabilē theoricam tradit Abb. poſt alios in c. Rodulphus, de reſcript. & Alex. cum alijs per eum allegatis in conſ. 248. nu. 10. lib. 6.
2 Et ſignificat etiam identitatem in omnibus, & per omnia, gloſ. in l. cum ſi, ſ. qui in perpetuum, ſi ag. vectig. vel emphyt. pet. & Hier. Grat. conſ. 9. nu. 88. lib. 1.

DICTIO L.
EATENVS.

Dictio, Eatenus, refertur ad præcedentia, & de ſui natura limitat, & modificat, l. miles,

ff. de

ff. de re iudic. c. ſignificatum, de præbend. c. ſuper literis, de reſcript. cum ſimil. & Dec. conſ. 38. num. 3. tom. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, E contra, præſupponit contradictionem cum antecedentibus. Intellige, vt in num. 2.*

DICTIO LI.

E CONTRA.

1 Dictio, E contra, E contrario, per contrarium, & ſimiles, idem ſignificant, & præſupponunt contradictionẽ cum antecedentibus, ſecund. gloſ. in l. duobus, §. final. verſ.
2 è contrario, de iure iur. Tu tamen dic, quod cum iſtæ dictiones vna pro alia plerunquè ponatur, conſiderandam eſſe ſubiectam materiam, circa quàm verſatur, per gloſ. in l. cauſa, ff. de condit. & demonſtrat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eo caſu, appoſita in ſubſtitutionibus, quid operetur.*
2 *Eſt relatiua cum omnibus qualitatibus ſuis.*

DICTIO LII.

EO CASV.

1 ISta dictio appoſita in ſubſtitutionibus operatur, vt reſtringatur ſolum ad caſum expreſſum, nec ad alium extendi poſſit, Anchar. conſ. 356. col. verſ. tertio hoc probatur, Crauett. conſ. 98. nu. 5. Pariſ. conſ. 2. nu. 15. & conſ. 14. nu. 9. lib. 3. Natti conſ. 678. nu. 6. vol. 4. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 99 nu. 3.
2 lib. 1. Eamquè relatiuam eſſe cum omnibus qualitatibus ſuis, dicit text. in l. à filio, §. teſtator, de aliment. & cibar. legat. Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. final. ff. de legat. 2. & Mareſcott. loco proximè citato nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eo ipſo, ſtatim prolata, annullat ipſo iure, & num. 2.*

DICTIO LIII.

EO IPSO.

1 MAximæ efficaciæ eſt huiuſmodi dictio, quia ſtatim prolata, annullat ipſo iure,

ad

ad tradit. per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, Reuertatur, num. 18. C. de reuocan. donat. Anchar. quæſt. 387. & fuit deciſum in vna Veronen. Penſionis Mercurij 1. Iulij 1592.
2 coram Illuſtriſs. Card. Millino. Et idem importat, ac ſi dictum fuiſſet, ſine aliquo hominis, vel Iudicis miniſterio, vel potiùs ipſo iure, ipſo facto, &c. quæ dictiones denotant, nulla ſeruata ſolemnitate iudiciorum, & optimè tradit Vir nunquam ſatis laudatus D. Cataldinus de Boncompagnis Cōpatriota meus in ſuo Tractat. de Syndicat. quæſt. 107. nu. 54. Archid. in c. 1. de ſepult. in 6. & in c. 1. de præben. eod. lib. Cardinal. in Clement. 1. de electiōn. Felin. in c. Rodulphus, verſ. vltimo non obſtat, de reſcript. Rolan. conſ. 62. nu. 32. vol. 2. Bart. in l. 1. ff. de compenſat. l. iubemus, §. œconomus, cum gloſ. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in l. 2. C. de inceſt. nupt. gloſ. in c. quàm ſit, in verbo, eo ipſo, de electiōn. lib. 6. Roman. conſ. 427. num. 9. Abb. in c. ſi diligenti, nu. 8. de for. compet. Corn. conſ. 165. nu. 22. vol. 1. latè Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, & d. verbo, Reuertatur, nu. 142. Bart. in l. 1. circa med. ff. de his qui not. infam. & ibi Alex. in addit. Bald. in l. final. C. locat. Dec. conſ. 138. in prin. & conſ. 188. col. penult. tom. 1. text. in c. 1. §. fin. de homic. in 6. Bal. cōſ. 491. vol. 3. vbi dicit has dictiones importare latam ſentētiam.

DICTIO LIV.

EO MODO.

HÆc dictio ponit identitatem in omnibus, & per omnia, gloſ. in l.cum hi, §. ſi vni, in verbo, obligatus, de tranſact. Grat. conſ. 140. num. 22. lib. 1.

DICTIO LV.

ENIM.

ENim, exponitur, ideſt certè, gloſ. in auth. de nupt. §. nuptias. Ponitur quandoq. pro quia, l. 2. C. de crimin. ſacrileg. Quandoq. verò ponitur continuatiuè cum ſuperiori, l. neque enim, ff. de teſtament. milit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eorum, inducit repetitionem cum omnibus qualitatibus ſuis.*

DICTIO LVI.

EORVM.

1 DIctio, Eorum, inducit repetitionem cum omnibus qualitatibus ſuis, ſecundum Bart.

Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. final. ff. de legat. 2. & in l. ſanctio legum, de pęn. tradit benè Ruin. in conſ. 99. num. 16. vol. 2. cum alijs per eum relatis, Rolan. conſ. 74. nu. 54. tom. 3. & latè conſ. 97. num. 23. tom. 4. Corn. conſ. 9. ſub num. 6. in fin. vol. 1. Pariſ. conſ. 103. nu. 14. lib. 1. & conſ. 18. nu. 32. & conſ. 86. nu. 58. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ergo, ponitur illatiuè, ſeu continuatiuè.*

2 *Ponitur etiam incœptiuè.*

DICTIO LVII.

ERGO.

1 Dictio, Ergo, & dictio, Igitur, ponuntur illatiuè, ſeu continuatiuè, l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. l. fructus, ff. ſolut. matrim. Corn. conſ. 136. num. 2. verſ. & etiam eſt aduertendum, vol. 1.

2 Et ponuntur etiam incęptiuè, l. ius ciuile, §. hoc igitur, ff. de iuſt. & iur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et cætera, ſumitur nominaliter, & aduerbialiter, & num. 2.*

3 *Ap-*

3 *Appoſita in inſtrumento, quid operetur, & numer. 4.*

5 *Sub hac dictione comprahendi ſolum ea, qua veniunt ad complementum orationis.*

6 *Notarius ſi poſt clauſulam conſtituti appoſitam in inſtrumento, immediatè conſueuerit apponere clauſulam accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate, & appoſuerit clauſulam conſtituti, cum iſta dictione, non cenſetur appoſita clauſula accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

7 *Ampliatur ſupradicta concluſio.*

8 *Inſtrumentum, quando non benè, nec ad plenum exprimit conceptum, vel partium intentionem, iſta dictio nihil operatur, & ratio num. 9.*

DICTIO LVIII.

ET CÆTERA.

1 DVpliciter iſta dictio ſumitur nominaliter, & aduerbialiter, nominaliter importat idem, quod, & reliqua, omnia, text. in l. cæterorum, ff. de verbor. ſignific. in l. 2. C. de hæredib. inſtituen. in l. ſi Mæuius, ff. eod. notat gloſ. apud Canoniſt. in c. 1. verſ. certum, de reli. do. lib. 6. & in c. Raynutius, de teſtam. & animaduertit Roman. in conſ. 343. nu. 6.

2 Ad-

2 Aduerbialiter verò comprehendit omnia, ea, quæ ſunt ſcribi conſueta, vt notat Bart. in l. Gallus, §. quidã rectè, ff. de liber. & poſthum. & Roman. in proximè citato conſ. eod. nu. 6. videndus, qui alios allegat.

Et ex ſui natura ſemper includit id, quod eſt ſolitum apponi, iuxta naturam actus, qui geritur, l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, ff. de iure iur. Corn. conſ. 82. nu. 6. lib. 1. & conſ. 297. nu. 8. lib. 3. Ruin. conſ. 154. nu. 8. & 13. vol. 3. Pariſ. conſ. 76. nu. 7. lib. 3. Gonzal. ſuper Regul. 8. gloſ. 67. nu. 1. & ſeq.

3 Rurſus iſta dictio operatur, vt in inſtrumento cenſeantur appoſita conſueta apponi per Notarium ſpecialiter, non autem per alios Notarios generaliter, Anchar. conſ. 339. n. 5. verſ. ad ſecundam rationem, Alex. conſ. 196. nu. 3. verſ. quia dicti teſtes nihil probant, lib. 2. Bapt. de Sanct. Blaſ. inter conſ. Brun. Hoſtien. conſ. 65. col. 2. circa fin. Crauett. conſ. 34. nu. 5. Bart. & omnes in l. Gallus, ſuperiùs citata, §. idem credendum, Grat. conſ. 140. num. 6. lib. 1. Port. concluſ. 19. limit. 8.

4 Secus verò ſi de ſtylo Notarij apparere non poſsit, nam tunc fieret extenſio clauſularum, ſecundum conſuetudinem generalem aliorum Notariorum, ita declarat Alex. in conſ. 163. col. final. lib. 6. & in conſ. 28. col. 3. lib. 2. Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. oſtenſo,

verſ.

verſ. quid ſi imbreuiatura, & ibi Io. Andr. in addit. Canoniſt. in c. cum P. Tabellio, de fid. inſtrumen.& in c. ex parte, de reſcript. Corn. in conſ. 82. ſub num. 2. vol. 1. & in conſ. 316. num. 7. vol. 3.

5 Aduertendum tamen eſt, ſub hac dictione, ea ſolum comprẹhendi, quæ veniunt ad complementum orationis, non autem ſeparata
6 ab ipſa oratione. Vndè ſi Notarius poſt clauſulam conſtituti appoſitam in inſtrumento, immediatè conſueuerit apponere clauſulam accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate, & appoſuerit clauſulam cum dictione, Et cætera; non cenſetur appoſita clauſula accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate, cum habeat orationem ſeparatam; ita latè Paul. de Caſtr. in conſ. 10. ſub num. 3. lib. 1. & tradit Crauett. in d. conſ. 34. nu. 7.

7 Ita nec minùs includit conſueta apponi, quando requirunt formalitatem, ſeu verborum, vel ſcripturæ expreſsionem, vt iuramentum, ſtipulatio, & ſimil. in quibus verba extenſa, & expreſſa pro forma requiruntur, ad tradit. per Abbat. & Imol. in c. penult. de iure iur. Angel. in l. quicquid aſtringendæ, ff. de verbor. obligat. Soccin. & alij in prọcitato §. credendum, & hoc ipſum animaduertit Hier. Grat. in d. conſ. 140. nu. 7.

8 Et idem dicendum eſt, quando inſtrumentum

tum

tum non benè, nec ad plenum exprimit conceptum, vel partium intentionem, tunc enim hæc dictio nihil operatur, quia extendi non poteſt, Calcan. conſ. 45. col. 9. in princip. & conſ. 70. col. 3. in fin. text. in l.ſi is qui, ff. de teſtam. & in l.fideicommiſſa, §. 1. de legat. 3. Crauett. d. conſ. 34. nu. 8.

9 Et ratio eſſe poteſt, quia non operatur, vt quod per eam ſubintelligitur, habeatur pro expreſſo; poteſt benè cogi Notarius, vt illam extendat ex his, quæ ſcribit Bal. in conſ. 309. lib. 5. & Crauett. in ſupradicto conſ. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et, principaliter, & ſecundum ſuam propriam ſignificationem requirit vtrunquè ſimul verificari, & omnia copulata adimpleri, & num.* 2.

3 *Copulat, & coniungit præcedentia cum ſequentibus, repetitq. omnes qualitates præcedentis ſermonis, & num.* 4.

5 *Limita, imò ſignificat ordinem.*

6 *An requirat concurſum omnium enumeratorum, vel ſatis ſit eorum alterum.*

7 *Item ponitur inter diuerſa, & habet vim coniungendi, & num.* 8.

9 *Appoſita in legatis eſt fauorabilis, quia ampliat, & augumentat.*

10 *Item*

10 *Item ſumitur aliquando pro dictione, Sæpè.*
11 *Item aliquando pro dictione, Ideſt.*

DICTIO LIX.

ET.

1 Diuerſimodè dictio, Et, accipi poteſt, ſed principaliter, & ſecundum ſuam propriam ſignificationem, dicendum eſt, quod requirat vtrumquè ſimul verificari, & omnia copulata adimpleri, l. ſi habeat, §. heredi plures, ff. de condit. inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos, ff. de verbor. oblig. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, & ibi Doctor. ff. de reb. dub. c. 2. & ibi plenè notat. de reſcript. C. is qui, de election. in 6. gloſ. ordin. in Clement. in pleriſquè, eod. tit. Doct. communiter in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur. Felin. in c. ex parte, de reſcript. ita etiam conſuluit Pariſ. in conſ. 95. nu. 7. & in conſ. 17. nu. 23. lib. 1. & in conſ. 34. nu. 8. lib. 3. Caputaquen. deciſ. 210. nu. 4. par. 1. Dec. conſ. 89. num. 2. tom. 1. Caſtrenſ. conſ. 44. nu. 3. vol. 1. Anchar. quæſt. 9. nu. 6. part. 2. & eſt text. in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3.

2 Et potiſsimum requirit iſtam verificationem, quando duo copulantur, reſpectu eiuſdem finis, c. cum æterni, in verbo, & iuſtitiam, cum

cum ibi notat. per Ioan. Mon. & Ioan. Andr. de re iudic. lib. 6. gloſ. in Clement. ſæpè, in verſ. figura, de verbor. ſignificat. & omnium latiſsimè Bald. in l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de liber. & poſthum. Alias autem nulla eſſet differentia inter coniunctum, & diſiunctum, quod eſt contra ſupracitatum §. vtrum, & c. inter cætera, de reſcript. vt tradit Alex. in conſ. 48. nu. 3. lib. 1.

3 Cæterum ſi rectè conſideretur copulat, & coniungit præcedentia cum ſequentibus, repetitq. omnes qualitates præcedentis ſermonis, prout animaduertit Decian. in conſ. 17. num. 9. text. in l. Sæiæ, §. Caio. ff. de fund. inſtruct. vbi Bart. Alex. conſ. 100. nu. 2. lib. 6. Soccin. conſ. 48. nu. 5. lib. 1. Iaſ. in l. 1. num. 3. ff. de iuſt. & iur. Maſcard. de probat. concluſ. 1265. nu. 32. vol. 3. Grat. conſ. 11. num. 4. lib. 1. & conſ. 13. num. 26. lib. 2. gloſ. in l. 2. in princ. ff. de dot. prælegat. & in l. ſi ſic, ff. quemadm. ſer. amit. Bart. in l. final. §. cui dulcia, ff. de vin. tritic. & oleo legat. & Soccin. Iun. conſ. 71. num. 4. vol. 3.

4 Et copulat, ac æquè principaliter coniungit; & in hoc differt à dictione, cum, quæ iungit acceſſoriè, vt tradit Bart. in l. ſi cui, ff. de fund. inſtruct. Natt. conſ. 533. nu. 14. tom. 4. idem Bart. in l. 1. in princip. ff. de iuſt. & iur. Felin. poſt alios in d. c. ex parte, colum. 9.

de

de reſcript. & Pariſ. dicto conſ. 95. num. 6.

5 Benè verum eſt, vt non ſemper de ſui natura denotet ſimultatem, & vnitatem; imò ſignificet etiam ordinem, vt notat in allegata l. Gallus, §. 1. Caſtrenſ. conſ.455.nu.3.par.2. licèt ſecus ſit in dictione, cum, & in dictione, vna. Imò quando ponitur inter ea, quæ copulari non poſſunt, reſoluitur in diſiunctiuam, auth. vt fratr. fil. circa med. Alberic. in l. cum quidam, C. de verbor. ſignificat. Ioan. Andr. in c. is qui, de electione. in 6. Rota in Meliten. Baiulatus 27. Nouembris 1617. coram R.P.D. Dunozetto.

6 Et propterea fuit à multis dubitatum, an iſta dictio, Et, requirat concurſum omnium enumeratorum, vel ſatis ſit eorum alterum, Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. dicunt inter cætera, in Clement. plerisquè, de election. ſuper gloſ. in verſ. poſtulo, vbi referunt, & ſequuntur Bart. in d. l. ſi is qui ducenta, §. ſed vtrum, dum tractat de virtute dictionis copulatiuę, quod vbi dictio, Et, copulat qualitates, nec apparet expreſsè, vel per coniecturas, an copulet illas reſpectu diuerſorum ſubiectorum, an eiuſdem, in hoc caſu dubio, cum natura dictionis copulatiuę ſit ampliare, vt l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 3. (& vt infrà dicetur) refertur potiùs ad diuerſa ſubiecta, quam ad diem, & ſic ampliatur, eiuſquè

diſpo-

diſpoſitio plura comprehendit. Vndè ſi dicatur in diſpoſitione, centum dari militibus, & Doctoribus, non intelligitur in dubio de eodē ſubiecto habente iſtas duas qualitates, quòd ſcilicet, dentur cētum illis, qui ſunt ſimul milites, & Doctores, ſed quod illis, qui ſunt milites tantum, dentur centum, & illis, qui ſunt Doctores alia centum: ita docet Bald. in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur. & facit l. Quintus, in princ. ff. de aur. & argen. legat. l. qui concubinam, in princ. ff. de legat. 3. & quod notat Bart. in præcitat. legib. ea tamen adductio, & Gallus, §. etiam ſi parente, verſ. ex hoc apparet, & Alexand. in conſ. 25. num. 5. lib. 7. & in conſ. 101. num. 8. & 9. lib. 3. & in conſ. 64. per totum lib. 7.

7 Vlteriùs etiam ponitur inter diuerſa, vt in Rubric. ff. de iur. & fact. ignor. & ibi Pariſ. in addit. ad Bart. text. in c. querelam, de ſimon. tradunt Doctor. & præſertim Iaſ. in l. 1. nu. 2. verſ. aliquando ponitur, ff. de iur. & fact. ignor. vbi ait hanc eſſe huius dictionis naturam, Pariſ. conſ. 92. nu. 13. vol. 1. Corn. conſ. 69. num. 3. vol. 1. & tenuit Rota in Romana Saluiani Interdicti 26. Aprilis 1599. coram Illuſtriſ. Card. Lancellotto, quæ deciſ. eſt impreſſ. in tract. Statil. Pacific. de Salu. Interdict. & eſt 184. in ordine, quod etiam confirmat idē Pacific. in d. tractat. inſpect. 3. c. 1. n. 19. & 20.

8 Quando enim ponitur inter diuerſas dictiones habet vim coniungendi, vt notat gloſ. & Doctor. in d. Rubric. Quando verò ponitur inter dictiones idem denotantes, tunc vna ex illis reſoluitur in adiectiuum, text. in l. 1. ff. de pact. & eſt quædam figura, quæ dicitur Endiadis, vt ibi refert gloſ.

9 Verùm appoſita in legatis eſt fauorabilis, quia ampliat, & augumentat, text. in l. ea tamen adiectio ſupra allegat. ff. de legat. 3. in l. omnes populi, de iuſt. & iur. & in l. cunctos populos, de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. dixit Rebuff. in l. coniunctionem 29 col. 3. poſt med. verſ. octauo, coniunctio, ff de verbor. ſignificat. Grat. conſ. 9. num. 83. lib. 1. & Gratian. de diſcept. forenſ. cap. 533. num. 23. tom. 3.

10 Nec omittenda eſt alia huiuſmodi dictionis ſignificatio, ſcilicet, quòd aliquando ſumatur pro dictione, ſæpè, tàm apud Grammaticos, & Latinos Scriptores, vt apud Virgil. Natus, & ipſe Dea; quàm in legibus, & decretalibus, quemadmodum in l. 1. ff. ſolut. matrim. in l. 1. §. hæc quæ, de ſeruis, de acquir. poſſeſſ. in l. 1. C. de nou. Cod. facien. §. quibus, in fin. in l. 3. §. ſi duo, de Carbon. edict. in l. 1. de iuriſdict. omn. iudic. in c. tanta, de ſimon. & in Clementina grauis, de ſentent. excomm. quibus adde Gabr. in conſ. 90. num. 37. lib. 1.

&

& Pariſ. in d. conſ. 92. nu. 15. & in conſ. 95. num. 8. lib. 1.

11 Siquidem Innocent. in c. dudum il 1. de electiõn. & Alex. in conſ. 192. num. 5. lib. 6. dicunt, iſtam dictionem poni etiam aliquando pro dictione, ideſt, & de hac dictione plura poſuit Card. Tuſch. in concluſ. 274.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Etiam, eſt ampliatiua. Et implicatiua, & num. 2.*

3 *Exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem.*

4 *Item importat idem, quod dictio, hoc ampliùs Et, Vltrà.*

5 *Item eſt incluſiua.*

6 *Item ponitur pro dictione, Maximè. Intellige, vt in num. 7.*

DICTIO LX.

ETIAM.

Dictio, Etiam, de ſui natura auget, ampliat, & extendit etiam ſe ad caſum non expreſſum, Archidiac. in c. in illis, de præben. in 6. Gemin. conſ. 125. num. 10. & conſ. 131. in princ. Ruin. conſ. 53. nu. 19. lib. 2. Riminal. Iun.

 conſ. 246.

conſ. 246. nu. 83. vol. 3. Imò ampliat, & extendit etiam iuriſdictionem, l. actionis, l. alienationis, & l. etiam, ff. de verbor. obligat. l. 2. vbi gloſ. & Doct. C. de teſtib. Rebuff. in l. mulieris appellatione, col. 5 verſ hęc dictio etiã, ff. de verbor. ſignificat. & in l. vnic. num. 580. C. de ſent. quæ pro eo quod inter, Pariſ. conſ. 46. nu. 30. & ſeqq. & conſ. 144. nu. 15. vol. 4. Alciat. conſ. 15. nu. 4. lib. 8. Surd. conſ. 303. nu. 15. lib. 3. & deciſ. 8. nu. 12. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 1. nu. 2. idem Riminald. Iun. conſ. 59. nu. 15. lib. 1. Honded. conſ. 40. nu. 26. lib. 2. Seraphin. deciſ. 562. nu. 1. part. 1. Bald. conſ. 209. num. 4. vol. 3. Doctor. in l. 1. C. qui admitt. Alexan. conſ. 116. animaduerſis ſtatutis nu. 14 lib. 2. Aret. conſ. 67. Fulgoſ. in l. certi conditio, in princip. ff. ſi cert. petat. Dec. conſ. 466. nu. 17. vol. 2. text. in l. etiam, in princ. ff. ſolut. matrimon. Marc. Ant. de Amat. cum alijs per eum relatis, deciſ. March. 1. nu. 26. Rot. in Ciuitat. Caſtelli ſupplementi legitimę 1. Februarij 1608. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto, & nouiſsimè in Ceſarauguſtana Penſionis 17. Decem. 1611. corã Reuerendiſs. Lugdunen. quàm refert Farinacc. deciſ. 367. n. 2. vol. 1. Carocc. deciſ. ſeu caſ. 59. nu. 6. & 7. & deciſ. 131. num. 17. & 19. Staphil. de liter. grat. in tit. de prærogat. expect. nu. 2. & in tit. de formis expectatiu. nu. 3.

2 Quin

2 Quinetiam implicat caſum præcedentem cum omnibus qualitatibus ſuis, l. conuenticula, C. de Epiſc. & Cler. l. etiam, ff. de legat. 1. l. etiam, C. ſi tut. vel curat. interuen. l. 1. C. etiam per procurat. Bald. in l. ſi ex falſis, nu. 10. C. de tranſact. & in l. ſuus, nu. 4 ff. de hæred. inſt. & in l. ſi inter, §. officium, nu. 3. ff. de aqu. plu. arcen. quam opinionem tenet Card. in Clement. 1. § final. de ſupplen. neglig. Prælat. Gemin. in c. cum de beneficio, nu. 7. de præb. lib. 6. Panorm. in c. cum gratia, num. 3. de commod. Carocc. deciſ. ſeu caſ. 34. nu. 1. l. qui ſe patris, C. vnd. lib. Maſcard. de probat. concluſ. 1265. n. 3. vol. 3. Corn. cōſ. 163. n. 4. vol. 2. & cōfirmatur per Soc. Iu. in cōſ. 41. n. 32. vol. 3.

Et implicat tacitè includēs diuerſas ſpecies ab expreſsis c. tāta de ſimon. Gem. cōſ. 65. n. 8. verſ. ſed dictio, ſiuè ſit materia fauorabilis, ſiuè odioſa, vt ibidem Gemin. & in conſ. 125. n. 10. verſ. quia dictio, Cald. conſ. 4. de præb. & Rot. in d. Ciuitatis Caſt. ſupplemēti legitimæ; & includit maiora expreſsis, Anchar. cōſ. 268. ante nu. 4. Pariſ. conſ. 46. num. 30. vol. 4. Aret. conſ. penult. col. 2. in fin. & Rot. in allegata Ciuitat. Caſtelli, & in Bononien. de Mangiolis 23. Ianuarij 1617. coram R. P. D. Caualerio.

3 Exprimit inſuper caſum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem, gloſ. in Clementina 2. verſ. Eccleſiæ, de hæret.

Bart. in l. ſupra iter, §. officium, ff. de aqu. pluu. arcen. Grat. conſ. 29. nu. 8. lib. 2. Gozad. conſ. 73. nu. 31. Rebuff. in d. l. mulieris appellatione, col. 5. ad med. cum alijs adductis per Alex. in conſ. 116. lib. 2. quam opinionem comprobat Natt. conſ. 514. num. 8. tom. 4. Dec. conſ. 542. nu. 7. verſic. ſecundo reſpondetur, tom. 2. Riminald. Iun. conſ. 716. nu. 66. lib. 6. Tiber. Decian. conſ. 64. num. 31. lib. 3. Honded. conſ. 76. nu. 34. vol. 2. Archidiac. in c. cum illis, de præben. in 6. Bero. conſ. 57. nu. 50. vol. 3. Alciat. conſ. 113. nu. 5. Crauett. conſ. 294. num. 7. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 68. nu. 40. Surd. conſ. 445. num. 28. lib. 2. conſ. 303. nu. 15. lib. 3. & conſ. 460. num. 57. lib. 4. Nauarr. in Commentar. de vſur. gloſ. 15. nu. 97. Polyd. Rip. de nocturn. tempor. cap. 78. num. 5. idem Menoch. d. tit. quæſt. 49. nu. 8. lib. 1. & Carocc. deciſ. ſeu caſ. 59. num. 8. & deciſ. 131. nu. 20. cum alijs ibidem.

Item operatur idem quod dictio, Hoc amplius, & dictio, vltrà, vt docet Aret. in l. is cui bonis, in fin. ff. de verbor. oblig. Natt. conſ. 476. n. 8. lib. 2. Rimin. Iun. cõſ. 450. n. 58. lib. 4. Hond. d. cõſ. 40. nu. 27. Rolan. & alij per eũ adducti in conſ. 27. n. 19. tom. 4. Io. Anib. in l. naturaliter, nu. 354. ff. de vſucap. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 83. num. 55. lib. 2. Et inducit repetitionem precedentis qualitatis, Ruin. conſ. 89. nu. 4.

nu. 4. vol. 1. & conſ. 61. num. 9. vol. 2.
5 Item ponitur incluſiuè, vt habetur in alleg. l. etiam, C. ſi tut. vel curat. interuen. in l. ſi quis vẽdiderit vina, C. de pericul. & commod. rei vendit. in l. 1. & ibi Imol. & alij, ff. ſolut. matrim. in c. cum illis il 1. de præben. in 6. & tradit Socc. Sen. in conſ. 27. num. 11. vol. 4.
6 Item ponitur, & importat idem quod dictio, maximè; & ponamus exemplum. Si vxori relinquatur vſusfructus omnium bonorum etiam ſe alimentando, quemadmodum faciebat, viuente teſtatore, intelligitur maximè, ideſt, vt ampliatiuè, & non reſtrictiuè habeat vſumfructũ, itaut ille non reſtringatur ſolum ad alimenta, Bal. conſ. 209. per tot. lib. 3.
7 Hoc tamen intellige, dummodo dictio iſta proferatur per modum demonſtrationis, aut per modum fauoris legatarij. Secùs autem ſi per modum cauſæ finalis, Bald. d. conſ. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et ſic, eſt continuatiua, & repetitiua formæ, & qualitatis præcedentis vocationis.*

DICTIO LXI.

ET SIC.

1 ISta dictio, Et ſic, eſt continuatiua, ac repetitiua formę, & qualitatis præcedentis

vocationis, Ruin. conſ. 102. nu. 12. & conſ. 184. nu. 6. lib. 2. Menoch. conſ. 328. nu. 30. lib. 4. Rota deciſ. 128. nu. 4. par. 2. diuerſ. Honded. conſ. 45. nu. 40. vol. 2. qui ſubdit in num. 41. quòd iſta dictio inducit vocationem poſitorum in eodem capitulo, non in præcedenti. Et oſtendit quòd diſponens loquitur de his, quæ neceſſario ſequuntur ex proximè prædictis, vt clàre probatur, in c. frequens, in princ. de reſtit. ſpoliat. lib. 6. ſub his verbis. Dum enim exceptioni, ſcilicet ſpoliationis inſiſtitur, appellationes interponi contingit, & ſic intermittitur, & plerunquè perimitur cauſæ cognitio principalis, &c. Patet ergo, illud quod adijcitur per hanc dictionem, & ſic, eſſe effectum, qui ſequitur ex præmiſſis, & conſequenter ſtare illatiuè ad præcedentia, Ruin. conſ. 104. num. 6. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et ſi, eadem eſt, ac, etiam ſi.*
2 *Et eſt ampliatiua.*

DICTIO LXII.

ET SI.

1 Dictio, Et ſi, eadem eſt, ac etiam ſi, vt colligitur ex, §. qua ratione, Inſtit. de pupill.

pupill. ſubſt. & apud Grammaticos ſæpiſſimè
2 obſeruatur; quæ quidem dictio eſt ampliatiua, & auget diſpoſitionem, c. tanta, de ſimon. & c. 2. de procurat. in 6. Gemin. conſ. 132. in princ. Crauett. conſ. 294. nu. 7. verſ. ſeptimo pondero, & Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 319. num 24. & 25. cent. 4. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ex, ſecundum propriam ſignificationem denotat cauſam proximam, & immediatam.*
2 *Et ita eſt dicendum de dictione, De.*
3 *Aliquando fallit.*
4 *Item importat ſeparationem.*
5 *Differentia inter dict. ex, & ob, & propter.*

DICTIO LXIII.

EX.

1 SEcundum propriam ſui ſignificationē denotat iſta dictio, cauſam proximam, & immediatam, l. 1. §. ex incendio, & ibi Bart. ff. de incen. ruin. & naufrag. l. ex hoc iure, & l. nō dubium, vbi pariter Bart. in 5. notab. C. de leg. Bal. in c. 1. §. iniuria, de par. iur. fir. & in l. 1. C. ſi ſeru. exter. tex. in l. vēditor ex hęreditate,

ff. de

ff. de hæred. vel act. vend. in l. eo tempore, ad fin. vbi Bart. ff. de pecul. & in l. 1. §. nunc videamus, ff. de coniung. cum emancip. liber. Alex. conſ. 49. nu. 3. lib. 3. & conſ. 124. nu. 12. lib. 4. conſ. 56. num. 3. conſ. 61. num. 6. lib. 5. conſ. 198. nu. 11. & conſ. 144. num. 12. lib. 6. Dec. conſ. 53. nu. 7. & conſ. 626. nu. 3. tom. 2. Rolan. à Vall. cum alijs ab ſe adductis conſ. 54. nu. 11. vol. 3. Surd. latiſsimè conſ. 573. n. 41. lib. 4. Pariſ. conſ 9. nu. 44. lib. 2. Natt. conſ. 671. nu 3. tom. 4. Grat. conſ. 100. nu. 18. lib. 1. Cephal conſ. 330. num. 40. lib. 3. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 66. num. 14. & 15. lib. 1. Socc. Sen. conſ. 51. nu. 7. & 8. vol. 4. Corn. conſ. 290. nu. 1. vol. 4. conſ. 25. nu. 1. & conſ. 122. nu. 24. vol. 2. Polyd. Rip. in tract. ſingul. obſeruat. obſeru. 72. nu. 10. Rota inter impreſſas Farinacc. deciſ. 507. num. 10. vol. 2. docet etiã Abb. in c. inter dilectos, col. 4. de fid. inſtr. & ibi vide optimam additionem Andr. Sicul.

2 Et ita dicendum eſt etiam de dictione, De, Rip. in l. ex facto, §. ſi quis ita, num. 4. ff. ad Senat. conſult. Trebell. Corn. conſ. 1. nu. 22. vol. 4. & Alex. conſ. 49. nu. 3. lib. 3.

3 Aliquando tamen fallit; nam ſolet denotare cauſam remotam, vt dicit Bart. in ſupracitato §. ex incendio, & eſt text. in l. ſi finita, §. 1. verſ. de opere, ff. de damn. infect. Alex. conſ. 59. nu. 5. & ſeq. lib. 3. Ruin. conſ. 109. nu. 8.

nu.8. lib.1. Sed tunc impropriè ponitur Bart. in l. prætor, §. quod de fructibus, in fin. de bon. auct. in poſſ.

4 Adde quòd iſta dictio importat etiam ſeparationem; nam poſito Statuto, quòd decedenti ſine filijs ſuccedant in bonis paternis ex linea paterna proximiores, & in maternis proximiores ex maternis, non habet locum, matre exiſtente, quia ipſa ſuccedit in totum ex quo ab ea non poteſt fieri ſeparatio, quæ propter dictionem, Ex, eſt principium lineæ, ad tradit. per Bal. in conſ. 197. incipien. Statuto cauetur, lib. 4.

5 Nota, eſſe differentiam inter dictionem, ex, & dictiones, ob, & propter, ex, enim denotat cauſam proximam, vt ſuperiùs dixi, ob autem, et, propter, cauſam remotam, Bart. in l. liberorum, ff. de verbor. ſignificat. Paul. de Caſtr. in l.1. C. ſi ſeru. exter. Abb. in c. qualiter, nu. 5. de election. text. in d. l. non dubium, nu. 11. & Socc. in l. vnica, nu. 80. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ex nunc, refertur ad tẽpus actus facti.*
2 *Stipulatio facta ſub conditione, retrotrahitur ad tempus celebrati contractus. Declara, vt in num. 3.*

DI-

DICTIO LXIV.

EX NVNC.

1 REtrotrahitur dictio iſta, & refertur ad tempus actus facti, ad tradit. per Card. & Innoc. in Clement. 2. de conc. præb. nu. 10. Caſſad. deciſ. 3. nu. 10. de probat. Pariſ. conſ. 82. nu. 17. vol. 4. Gabr. conſ. 69. nu. 4. lib. 1.
2 Et facit, vt ſtipulatio facta ſub conditione retrotrahatur ad tempus celebrati cõtractus, text. in huiuſmodi, in illis verbis, ab hac die, ſiuè ex hac die, & ibi Doct. inter quos Angel. Imol. Caſtrenſ & Alex. & Guid. Pap. deciſ. 268. per totam. Atq. adeò temporis incohationem deſignat, Mareſcott. variar. reſolut. cap. 39. num. 2. lib. 2. & quòd diſponitur ſtatim fiat, ſine vlla tẽporis dilatione, Alberic. in l. ſcimus, ad fin. verſ. cum autem, C. de inoffic. teſtam.
3 Declara tamen, vt hoc procedat poſt actũ ex ſubiecta materia proceſſurum, l. tali, vbi communiter Doct. ff. de iur. dot. Corn. cõſ. 244. nu. 8. & ſeq. lib. 1. Mareſcott. vbi ſupra nu. 27.

SVMMARIVM.

1 *Ex tunc, dictio denotat temporis extremitatẽ.*
2 *Et habet vim latæ ſententiæ.*

D I-

DICTIO LXV.

EX TVNC.

1 Dictio, Ex tunc, denotat extremitatem temporis, & refertur ad extremum tempus, de quo eſt expreſſum, l. lecta, ff. ſi cert. pet. Paul. de Caſtr. conſ. 259. n. 2. in fin. part. 1. l. penult. ff. de teſtament. tutel. Hond. conſ. 16. nu. 10. vol. 1. Corn. conſ. 279. nu. 4. vol. 4. l. 4. ff. de condit. & demonſtr. l. final. ff. de fideicommiſſ. libert. l. 1. §. rectiſsimum, ff. de vi, & vi arm. ad tradit. per gloſ. in Clement. 1. verſ. ex tunc, de iure patron. & in Clement. 2. in princ. verſ. ex nunc, de hæretic. notat Archidiac. in c. ſi eo tempore, de electíon. lib. 6. & in c. ego Ludouicus 63. diſtinct. & Pariſ. in cõſ. 143. n. 1. lib. 4.

2 Quam etiam importare vim latæ ſententiæ tenuerunt Franc. Aret. in c. ſi diligenti, col. 3. verſ. in gloſa poſita ſuper verbo, cauſã, de for. cõpet. Corn. in cõſ. 104. ſub n. 2. verſ. licèt ergo nõ fuerit, lib. 1. & Gugliel. Redoan. in tract. de ſpol. Eccleſiaſt. q. 17. n. 33. ſecundũ nouam impreſſionem. Quod etiam confirmatur per tex. in c. cupientes, §. cæterum, ibi, ex tunc incohandum volumus forè ſuſpenſos, in c. excommunicamus, §. credentes, ibi, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, & in c. cum, de elect. lib. 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Extra, eſt excluſiua. Sed intellige, vt in num. 2.*
3 *Ponitur tribus modis.*

DICTIO LXVI.

EXTRA.

1 Eſt dictio, Extra, excluſiua, & excluſiuè ponitur, l. eos, §. 1. C. de vſur. & quantum tempus excludat, habetur in c. licere, extr. de dilat. Bart. tamen in l. 1. §. 1. in fin. ff. de offic. præfect. Vrb. ita diſtinguit. Aut ſumus in conceſsione fauorabili, & includit: aut in odioſa, & excludit. Aduertit etiam Archidiac. in c. ſtatutum, num. 4. & 5. de election. in 6. quod ſi dictio iſta apponatur Ciuitati, vt quando dicimus extra Ciuitatem, non intelligitur extra muros Ciuitatis, ſed extra illius continentia, cuius appellatione veniunt ſuburbia.
(2 in margin beside "extr. de dilat.")

3 Rurſus ponitur tribus præcipuè modis. In loco, de loco, ad locum; de quibus vide Polyd. Rip. in tractat. de ſingul. obſeruat. obſeruat. 356. per totam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ferè, quomodo ſumatur.*
2 *De ſui natura eſt diminutiua.*

DICTIO LXVII.

FERE.

1 TRipliciter iſta dictio ſumitur, ſcilicet, comparatiuè, l. magis, ff. de reb. credit. electiuè, l. etſi forte, §. hæc actio. ff. ſi ſeru. vendit. l. 1. §. final. C. commun. diuid. Et eſt etiam diminutiua, l. in omni, ff. de adopt. l. vtile, §. vendentibus, ff. de minor. voluit Bald. in l. 3. ante num. 42. C. de ædict. Diu. Adrian. tollen. & fuit etiam dictum à Rota Romana in vna Interamnen. Pecuniaria Lunæ 23. Iunij 1603. coram R. P. D. Coccino, quam deciſ. habes impreſſam in tractat. Pic. ad Stat. Vrb. quæſt. 19. in ordine nu. 28.

2 De ſui autem natura eſt diminutina, & denotat imperfectionem, ad text. in l. quærela, C. ad leg. Cornel. l. 2. §. vltim. ff. de orig. iur. c. vltim. de Cler. ęgrot. Oldrad. conſ. 49. nu. 18. Rota inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 290. num. 1. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Fortè, regulariter eſt dubitatiua, nihil certi affirmans.*
2 *Narrata per dictionem, fortè, non ſunt neceſſario verificanda.*
3 *Teſtis deponens per dictionem, fortè, nihil concludit.*
4 *Ponitur aliquando aſſertiuè.*
5 *Doctor ſi conſuluit per dictionem, fortè, conſilium eius dicitur aſſertiuum, & non dubitatiuum.*
6 *Limita.*
7 *Solet etiam importare cauſam impulſiuam.*
8 *Item, & augumentum.*

DICTIO LXVIII.

FORTE.

1 Dictio, Fortè, ſeu forſan, regulariter eſt dubitatiua, & nihil certi affirmat, l. omnes, C. de Decurion. lib. 10. l. item ſi
2 verberatur, §. 1. ff. de re iudic. Et ideò narrata per dictionem, fortè, non ſunt neceſſario verificanda, ad tradit. per Ruin. in conſ. 170. ſub nu. 5. vol. 2. & per Caſſad. deciſ. 4. nu. 8. & ſeqq. de probat. quàm opinionem ſequuta eſt

eſt Rota in vna Barchinonen. Beneficij, vlti-
ma Martij 1562.coram R.P.D.Rubeo,& in Sa
lamantina Penſionis 23. Ianuarij 1574.coram
D.Cæſ.de Graſſ.Corn.cóſ.184.n.1.vol.1.gloſ.
in c.ex parte,verſ.fortè,de celebr.Miſſ.in c.ac-
ceden.in fin.il 1.vt lit.non conteſt.c.ſi fortè,de
elect.in 6.Pariſ.conſ.29. n.19. lib.2. Farinacc.
deciſ.248. num. 9. vol. 1. cum alijs per eum
relatis.

3 Et ideò teſtis deponens per dictionem,for-
tè, nihil concludit, quia dubitatiuè deponit,
Ant. de Butr. conſ.45. verſ. & non obſtat, &
Iaſ.in l.in ſubſtitutione,n.5.ff.de vulg.& pupill.

4 Verùm quidem eſt,quòd aliquando ponitur
etiam aſſertiuè, non autem dubitatiuè,maxi-
mè prolata à Doctore, vel à lege, vt voluit
gloſ. in c. tuæ, de procurat. in c. 2. de teſtib.
in c.admonere 33. quæſt. 2. & in l. ſi duo, ff.
de arbitr. vbi dicit, quod per verbum, fortè,
reſpondent ſæpè Periti; facit text. in l. mu-
tus, ff. de procurat. in l. 1. §. final. ff.de fer.in
l. 1. §. 1. ff. de rei vendic. in l. in commoda-
to, §. ſicut, ff. commod. in l. Gallus, §. forſi-
tan, ff. de liber.& poſthum. in l.filius familias,
ff. de procur. in l. ſi fortè, ff. de conſt. pecun.
in l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar. & pupill.
5 & ibi doctè dicit Angel. quod ſi Doctor con-
ſuluit per verbum, fortè, eius conſilium
dicitur aſſertiuum, & non dubitatiuum,

& hoc affirmat Speculat. in §.4. num. 8.de diſputat. & allegat. lib. 2. comprobatur ex d. l. mutus, & ibidem ex gloſ. notab.in verſ.forſitan, per Paul.de Caſtr. ex l.quid tamen, §. ſi arbiter, ff. de arbitr. & ex gloſ.in c.ſuper literis, in verbo forſan, de reſcript.quam ſententiam approbat Rolan.à Vall.de confect.inuen. §. ſed dubitatio oritur, nu.6.& 7. par. 5.Rip. in l.10. §. ſi is qui quadraginta, ad Trebell. Barbat. in repetit. c. Raynaldus, col. 46. in princ. verſ. quinto facit, de teſtament. vbi ſic formaliter inquit. Et ſi dicatur, quòd Imperator non firmat illam præſumptionem in eo, quia loquitur per verbum, fortè, reſpondet iſtud non obſtare; nam verbum, fortè, prolatum à Iuriſconſulto, eſt legis promulgatio: confirmatur per Abb.in c.2.vt lit.non conteſt. in fin. in c.final. de iudic. in c. cum dilecta, de confirm. vti. vel inuti. col. 3. in cap. ex parte, de ſponſ. & in c. quoniam frequenter, §. in alijs, col. 15. vt lit. non conteſt. Et habetur etiam in Euangelio, dum dicitur: Si cognouiſſetis me, forſitan, & Patrem meum, certè ibi videtur illam dictionem ſtare affirmatiuè.

6 Limita tamen, quando dictio, fortè, profertur in facto, & in his quæ facti ſunt, quia tunc ponitur dubitatiuè, Card.in c.1.de poſtul. vbi ait, dictionem, fortè, inducere, Philoſophicum

cum temperamentum, & alleget ſupracitatum c. tuæ, c.ſignificaſti, de for. compet. & c. ſuper literis, de reſcript. & hoc idem corroboratur per gloſ. in d. l. in ſubſtitutione, de vulgar. & pupillar.

7 Solet etiam importare cauſam impulſiuam, ita declarat Iaſ.in l.ſi pecuniam, num. 19. ff.ſi cert. petat. in d. l. in ſubſtitutione, nu. 6. in l. ſi ex falſis, num. 5. C. de tranſact. & in l. 1. §. ſi is qui, & ibidem Rip. num.7. ad Trebell. notat Alex. in l.ratione la 1. §. quod vulgo, nu.13. ff.ad leg.Falcid. Dec.in l.ſi quis Imperatorem, nu.13. C.qui teſtam. fac. poſſ. cum alijs adductis per Tiraquell. in tract. ceſſan. cauſ. limitat. 10. num.1.

8 Solet, & iſta dictio apponi in reſcriptis gratiæ, & tunc ſtat augumentatiuè, quemadmodũ ſi impetrans beneficium dicat, quod forſan ſit iuris patronatus, non propterea ſe reſtringit, ſed gratiam auget, Rot.deciſ.64.lib.2.part.3. in nouiſſ. Cagnol. in l.non poteſt videri, nu. 5. ff. de regul. iur. text. in l.ſi iure, & ibi gloſ.in verbo, fortaſsis, ff. de leg. 3.

DICTIO LXIX.

FRVSTRA.

BReuis eſt iſta dictio, ſed ſubſtantialis, quia importat nullitatem actus, per tex.in c.quia

fruſtra, de vſur. Iaſ. in l. ciuilibus, ff. de vulg. & pupillar. Bart. in l. penultim. §. ad crimen. ff. de publ. iudic.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Generaliter, dupliciter ſumitur, & num. 2.*

DICTIO LXX.

GENERALITER.

1 Sciendum eſt, dictionem iſtam dupliciter eſſe interpretandam. Sumitur namquè indefinitè, ſine vlla præfinitione, veluti ſi detur alicui generalis facultas, & facultas in omnibus peragendis, Bald. conſ. 379. num. 4. verſ.
2 generale autem, lib. 3. Quandoq. autem non ſimpliciter, ſed cum quadam limitatione profertur, vt quando alicui conceditur generale arbitrium ſuper moderatione, ſeu gubernio alicuius negocij Ciuitatis, putà circa adminiſtrationem fluminis, viarum, &c. tunc enim extra negocium fluminis, & viarum illa generalitas nihil omninò operatur, cum ad certa negocia ſit data facultas, Bald. d. conſ. num. 5. verſ. ſecundo modo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Generatio, dictio, comprahendit maſculos, & fœminas.*

2 *Et eſt verbalis.*

DICTIO LXXI.
GENERATIO.

1 Dictio, Generatio, ex proprio ſignificatu eſt apta comprehendere tàm maſculos, quàm fœminas, c.ſtatuta il 2. de hæret. lib.6. l.1.iunct.l.3.ff.de lib.ca.cõſuluit Alex.in cõſ.61.
2 ſub n.4.lib.1.Et eſt dictio verbalis,comprehen dens generatum,& generantem, iuxta notata in l.1.C.de procurat.& in l.1.ff. de duob.reis, & tradit Caſtrenſ.in conſ.316.ſub nu.2.par.2.

DICTIO LXXII.
HACTENVS.

Dictio, Hactenus, deſignat tempus præteritum, vſque ad præſens, quo aliquid profertur, text. in l.1.in prin.ff.de nou.oper.nũnc. Signor.conſ.22.circa fin.Rolan.conſ.8.nu.49. lib.3.Rimin.Iun.conſ.491.nu.23. lib.5.& Rota apud Farinacc.deciſ.223. num.8. vol. 2.

DICTIO LXXIII.

HAVD.

HAud, eſt dictio negatiua, & accipitur pro, non, §. ijsdem pœnis, auth. de non alien. Alberic. in ſuo diction. in verbo, haud, Albert. de Pergamo de Præpoſit. præpoſit. 59. Bac. de conſola. lib. 1. ibi, haud aliter, ideſt non aliter.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Hæres, quatrupliciter ſumitur.*
2 *Comprahendit omnes deſcendentes vſque in infinitum.*
3 *Fœmina regulariter in feudis non ſuccedunt.*

DICTIO LXXIV.

HÆRES.

HAnc dictionem breuiter tangam, quia ſpectat potiùs ad diſpoſitiones teſtamenti, & fideicommiſſi, quàm ad caſum noſtrum, cum debeat accipi, & interpretari ſecundum ſubiectam materiam, & accidentiam euentuum. Dico benè, quatuor modis in iure eſſe accipiendam.

1 piendam. Primo pro hærede vniuerſali, l. hærede vniuerſali, l. hæreditas, ff. de verbor. ſignificat. II. Pro hærede nomine, vt in l. qui ſe patris, C. vnd. lib. III. Pro hærede in re certa, l. ex facto, ff de hæred. inſtit. IV. Accipiendam pro Deſcendentibus, vt in l. ex facto, §. final. ff. ad Trebell. Ex quibus dic, quod aliquando nomen hæredis apponitur in diſpoſitione ipſum grauando, & tunc ponitur pro hærede vniuerſali, l. cum ab vno, ff. de legat. 2. l. fundum, §. ſi tu ex parte, ff. ad leg. Falcid. & l. ſi fuerit, cum l. ſequenti, ff. de legat. 3. Aliquando verò ipſum onerando, & tunc diſtingue; aut tunc apparet de mente Teſtatoris, & ei ſtandum eſt, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtr. & l. ſi quis Titio, ff. de vſufruct. accreſc. aut non apparet, & intelligitur de hæredibus de ſanguine ſuo, vt in d. l. ex facto, §. final.

2 Sed ne videar extra materiam noſtram tranſcendere, omiſſis, quæ dici poſſent, Dictio, Hęres, compręhendit omnes Deſcendentes, nedùm primos, ſed vſque in infinitum, l. in annalibus, C. de leg. & tradit Pariſ. in conſ. 52. num. 19. lib. 2.

Sed incidenter quæro, vtrum dictio, hęres, in feudalibus, intelligatur de hæredibus maſculis, & fœminis, Dic, quòd intelligitur ſolum
3 de maſculis, non de fœminis; cum regulariter

fœminæ in feudis non ſuccedant, c. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. ad filios, de ſucceſſ. feud. c. 1. de alien. feud. pa. c. 1. §. etſi clientulus, eod. tit. vbi expreſsè dicitur, huiuſmodi dictionem, de maſculis intelligi, affirmat Cald. in conſ. 15. vbi quod appellatione hæredis in materia feudali ſoli filij maſculi intelliguntur, & atteſtatur de communi; notat etiam Bart. in l. pro hærede, §. ſi quid tamen, ff. de acquir. hæred. conſuluit Angel. in conſ. 100. verſ. ſecundo oſtenditur, Fulgoſ. in conſ 217. & omnium latiſſimè, Dec. in conſ. 516. num. 10. & 14. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Hinc, dictio, denotat cauſam finalem, & habet alias ſignificationes, vt infrà, in nu. 2. 3. & 4.*

DICTIO LXXV.

HINC.

1 PLures habet iſta dictio ſignificationes, denotat cauſam finalem, c. inferior 21. diſtinct. Hoſtienſ. in c. expoſita, de ſponſ. Gozad.
2 cõſ. 9. n. 36. Et denotat extremitatem temporis, Bart. Bald. Angel, & Alex. in l. 1. col. 2. ff. ſi quis caut.

3 Item

3 Item idem, quod ex ac cauſa, vel ex hoc, l. fulcinius, §. ſed is qui fraudationis, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. & ibi gloſ. in verſ. ne hinc.

4 Item idem, quod ex hac die in antea, Alex. conſ. 75. nu. 4. & 5. lib. 2. l. placet, cum gloſ. in verbo, ab hinc, C. de ſacroſ. Eccleſ. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. in princ. cum gloſ. in verbo, hinc.

SVMMARIVM.

1 *Hoc, eſt dictio demonſtratiua ad oculum.*

DICTIO LXXVI.

HOC.

1 Est demonſtratiua ad oculum, & refertur ad id, quod oculis legi, & percipi poteſt, l. 1. cum ibi notat. ff de his quæ in teſtamen. del. l. 1. ff. de oper. nou. nunciat. Natt. cōſ. 484. nu. 27. tom. 4. Aret. in l. qui iuraſſe, §. idem Pomponius, in 2. notab. ff. de iur. iur. Pariſ. conſ. 19. nu. 7. & conſ. 35. nu. 20. lib. 2. & tradit Mareſcott. variar. reſolut. in cap. 77. num. 25. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Hoc amplius, eſt dictio repetitiua.*
2 *Et importat augumentum.*

D I.

DICTIO LXXVII.

HOC AMPLIVS.

1 Dictio, Hoc ampliùs, eſt repetitiua, adeò quod ponit in ſecundo caſu, omne quod dictum eſt in primo, & reducit illud ad qualitates ſecundi, l. legata inutiliter, ff. de legat. 1. l. ſi ſic, l. ſi tibi purè, & l. in repetendis, & ibi Bart. ff. de legat. 3. gloſ. in l. lecta, verſ. tunc, ff. ſi cert. pet. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 5. nu. 8. lib. 7. & Paul. de Caſtr. conſ. 16. ſub nu. 6. part. 2.

2 Et importat augumentum, Bal. conſ. 329. in fin. verſ. in contrarium, lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Hodie, non admittit dilationem, neque conditionem inducit.*

2 *Facit debitorem moroſum.*

DICTIO LXXVIII.

HODIE.

1 HÆc dictio, Hodie, non admittit dilationem, neque conditionem inducit, ſed

eſt

eſt ſignificatiua præſentis temporis, l. liber homo, §. 1. ff. de verb. obligat. l. prætor. §. præ-
2 terea, & §. poſſe, ff. de iniur. Facitq. debitorem moroſum, l. ratio, §. final. & ibi gloſ. ff. de action. empt. & plura de hac dictione, poſuit Alberic. in ſuo diction. in verbo, hodie.

SVMMARIVM.

1 *Huiuſmodi, eſt dictio repetitiua, & relatiua.*
2 *Appoſita verbo hæreditati, quid ſignificet.*

DICTIO LXXIX.

HVIVSMODI.

1 Repetit omnia comprehenſa in præcedentibus, cum omnibus qualitatibus, & eſt relatiua, cum omnibus conditionibus, gloſ. in c. ſi Abbatem, de elect. lib. 6. Pariſ. conſ. 52. nu. 32. lib. 3. & conſ. 40. nu. 8. lib. 4. Bart. in l. ſi quis ſuum, §. final. ff. de legat. 2. Mareſcott. variar. reſolut. capit. 77. numer. 27. lib. 2. Corn. conſ. 235. num. 5. ad med. lib. 2. & conſ. 97. num. 8. lib. 4. Gratian. de diſcept. forenſ. cap. 554. nu. 10. tom. 3. c. nemo deinceps, vbi gloſ. in verb. huiuſmodi, de elect. in 6. Felin. in c. Apoſtolicæ, n. 3. in fin. verſ. quia dictio, de except. cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. & ibi

ibi gloſ. in verbo, huiuſmodi, Rot. inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 373. num. 6. vol. 2.

2 Verum appoſita verbo hæreditati, denotat totam hæreditatem, vt tenuit Rota apud Farinacc. deciſ. 266. numer. 23. vol. 1.

Quandoq. verò importat idem, quod ſi diceres, talis, vel tales, l. huiuſmodi, ff. de legat. 1. quia, vt ibi apparet, ſtat, demonſtratiuè, & ſimilitudinem denotat, tex. in l. deniquè, ff. de pignor. & in c. fin. de for. compet. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iam, dictio, denotat temporis perfectionem.*

DICTIO LXXX.

IAM.

1 AD denotandam temporis perfectionem, oratio ſæpè concipitur ſub iſta, dictione, Iam, vt iam factum eſt, iam preterijt, &c. Socc. Sen. conſ. 59. nu. 4. & 6. vol. 4. & Corn. conſ. 278. num. 2. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Ideò, dictio, denotat cauſam finalem.*

DICTIO LXXXI.

IDEO.

1 DIctio, Ideò, denotat cauſam finalem, Crauett. conſ. 192. nu. 1. verſ. tertio arguitur, Socc. conſ. 159. nu. 21. lib. 2. Becc. conſ. 20. nu. 13. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 105. nu. 19. lib. 2. & Rota in Romana de Mareſcottis 29. Ianuarij, & 21. Maij 1618. coram Reuerendiſſ. Sacrato.

SVMMARIVM.

1 *Idem, eſt dictio, repetitiua praecedentium.*

DICTIO LXXXII.

IDEM.

1 ESt dictio repetitiua pręcedentium, l. idem cum ſimul, ff. mandat. Pariſ. conſ. 16. nu. 44. lib. 3. Ruin. & alij per eum adducti, conſ. 3. nu. 4. vol. 3. & denotat cenſuram, l. cum hi, §. ideſt eſt, ff. de tranſact. c. de multa, §. hoc idem, de præben. Bal. conſ. 94. num. 2. lib. 3. l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim. Cephal. conſ. 256. num. 41. lib. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ideſt, habet vim reſtringendi.*
2 *Et idem dicendum eſt de dictione, Scilicet, & Videlicet.*

DICTIO LXXXIII.

IDEST.

1 Habet huiuſmodi dictio vim, & naturam reſtringendi, l. 1. ff. ad leg. Aquil. cum ſimil. Grat. conſ. 59. nu. 12. lib. 1. Et reſtringit generalitatem præcedentem, per doctr. Bart. in l. quæſitum, §. ſi quis fundum, col. 4. in fin. ff. de fund. inſtruct. & meliùs idem Bart. declarat in d. l. 1. in princ. Aret. in l. planè §. ſi planè, in vltimo notab. de legat. 1. & Socc. Iun. in conſ. 124. num. 6. vol. 3.

2 Et idem dicendum eſt de dictione, ſcilicet, & videlicet, vt probatur in l. iuſiurandũ quod ex conuentione, §. final. ff. de iur. iur. quem tex. allegat Iaſ. in l. 3. §. ſaltus, ff. de aquir. poſſ. Soc. Iun. conſ. 30. n. 21. vol. 1. Bart. in d. l. 1. Beltran. conſ. 97. n. 13. vol. 4. Pariſ. conſ. 92. n. 33. vol. 1. & Socc. Iun. in d. cõſ. 124. n. 7. refert, Socc. Sen. patruum ſuum ita dixiſſe in conſ. 50. viſo teſtamento, col. 1. ad fin. vol. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Idoneus, dictio multipliciter intelligitur.*

DICTIO LXXXIV.

IDONEVS.

1 HÆc dictio, Idoneus, multipliciter intelligitur; nam aliquando idoneus eſt, qui eſt potens, aliquando, qui literatus, item qui bonus, item qui pauper; vt plenè habetur in c.conſtitutus, de appellat. Et aliquando inter idoneos magis idoneus in electionibus conſideratur, vt ibi benè traditur per Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Igitur, dictio regulariter ſtat illatiuè.*
2 *Aliquando incœptiuè.*

DICTIO LXXXV.

IGITVR.

1 REgulariter dictio, Igitur, ſtat illatiuè, l. Diuus, ff. de cuſtod. re. l. ſi procurator. §. ſi ignorantes, cum ſimil. ff. mandat. Rip. in l. re coniuncti, nu. 15. ff. de legat. 3.

2 Stat

2 Stat nihilominùs aliquando incęptiuè,text. in l.ius ciuile, & ibi gloſ. ff. de iuſt. & iur. in l. 1. §. 1. ff. de condit. ob turp. cauſ. & in l. quidã referunt, ff. de iur. codicillar. & Rip. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ille, an comprahendat fœminas.*

DICTIO LXXXVI.

ILLE.

1 SAlua ratione recti ſermonis, dictio, Ille, non refert fœminam eo caſu quo maſculinum non concipit fœmininum, Gabr. conſ. 127. num. 9. lib. 2. & refertur ſolum ad nominatos in proximo ſuperiori verſiculo, gloſ. in c. vt circa, §. 1. verſ. coram, vbi Gemin. de elect. in 6. Paul. in l. final. num. 1. de reb. dub. & Alex. conſ. 204. nu. 4. & 5. lib. 2.

Quod etiã procedit etiam ſi oratio ab vnico verbo principali negatur, Afflict. deciſ. 248. nu. 13. Gabr. d. conſ. 127. num. 5. & 6.

DICTIO LXXXVII.

ILLICO.

DIctio, Illicò, verificatur intra triduum, prout eſt text. in l. final. C. de iudic. Aliquando

quando verò intra decem dies, l. ab eo, C. quomod. & quand. Imperat. & vide Barbat. in c.bona fides, col. 4. extr. de poſit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Imò, eſt correctiua.*
2 *Ponitur quandoq. ſimpliciter.*

DICTIO LXXXVIII.

IMO.

1 ESt huiuſmodi dictio, correctiua, & correctiuè ponitur, text. in l. ſi ita ſcriptum fuerit 47. ff.de hæred.inſtit. Abb.in c.innotuit, nu.5.de elect.c.ſi pater, in fin. de teſtam.in 6. Panciroſ.conſ.195.n.25.Hond.conſ.69.nu.28. & 29. vol.2. & eſt correctiua eorum,quæ præcedunt,Cuman.in l.1.n.13.C.de nou. Cod.fac. Dec. in l.cognitio, nu.3.ff.de offic.eius, Socc. Iun. conſ. 77. nu. 13. vol. 4. gloſ. in c. prædicator, in verbo, Imò, 16. quæſt. 11. hanc eandem opinionem ſentit Beltrand. in conſ. 372. vol. 1. Bart.in l.Lucius, ff. de hæred.inſtit. & in l. ſtichus, ff. de manumiſſ. teſt. Felin. in c. nemo, in princ. col. 877. de ſimon. Secùs eſt, quando ponitur cum copula, vel cum implicatiua; nam tunc ſtat coniunctiuè,

H non

non autẽ correctiuè, l. iuris gentiũ, § quinimò, ff. de pact. d. l. ſtichus, & d. l. ſi ita ſcriptum, vbi plenè per Bart.

2 Ponitur quandoq. ſimpliciter. & tunc ità diſtingue. Aut ſtat inter incompatibilia, & tunc, aut profertur ab homine, vel à lege, ſi ab homine, tunc in dubio ſtat correctiuè, d. l. ſtichus, & d. l. ſi ita ſcriptum, ſi à lege, & tunc, aut in eo quod præcedit, eſt eadem ratio vel maior, quàm in ſequenti, & tunc ſtat augumentatiuè, vel alternatiuè, l. iubemus, §. œconomus, C. de ſacroſ. Eccleſ. Aut in præcedenti eſt maior ratio. & tunc ſtat correctiuè, argum. d. l. ſi ità ſcriptum.

DICTIO LXXXIX.

IMMEDIATE.

CAputaquen. in deciſ. 21. numer. 3. part. 3. refert, hanc dictionem denotare annum immediatè præcedentem aliquid, & ità fuiſſe deciſum in cauſa Segobien. de Villa Caſtin. 14. Nouembris 1552. coram D. Veſtano.

DICTIO XC.

IMPOSSIBILE.

EX Textu in l. de illo, ff. pro ſoc. percipitur eiuſmodi dictionem, impoſſibile, propriè, & impropriè poni poſſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, In, diuerſimodè ponitur, vt infrà benè declaratur, cum num. ſeqq.*

DICTIO XCI.

IN:

MVltas in iure reperio ſignificationes huius dictionis In, eaq. multiplex eſt, vt plenè notat Archid. in c. ſi Papa 40. diſtinct. Bart. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de liber. & poſthum. Speculat. in tit. de allegat. & diſputat. §. poſt hæc, verſic. vel ibi ponitur, Io. Andr. in c. ad noſtram, de conſuetud. in c. nobis, de iure patron. & in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. in nouell. & conſuluit Roman. in conſ. 376. n. 1. cum ſeq.

1 Reperio itaquè aliquàndo expoſitam pro dictione, Sub, text. in auth. de depoſit. col. 6. circa princ. verſ. in conditionibus, & expreſsè in l. 1. §. ſi quis in ſpecie, ff. de impub. vbi verbum illud, in ſpecie, exponitur per Legiſlatorem, ideſt, ſub ſpecie.

2 Aliquando pro dictione, De, text. in c. accedens, de conceſſ. præben. verſ. in aliquo beneficio, & ibi exponitur, de aliquo beneficio.

3 Interdum pro dictione, Ex, vt ponit gloſ. in l. ſi patroni, §. 1. ff. ad Trebell. text. in l. 3.

ff.de procurat.& in l. 1. in prin.ff.de excuſ.tut.
4 Quandoq. pro dictione, Per, eſt text. expreſſus in c. veſtra, verſ. in fide Chriſti, de cohabit.Cleric. & mulier.& ibi gloſ.& in l penultim. §.final. ff.ad leg. Falcid.
5 Nonnunquam pro dictione, Inter, vt in illis verbis diuinæ Scripturæ Moyſes,& Aaron in Sacerdotibus eius primi, ideſt inter Sacerdotes: hoc idem firmat gloſ. in l. final. ff. de reb. dub. in l. alumna, §. Titia, ff. de adimen. legat. & in l. qui Romæ, §. Callimacus, ff.de verbor. obligat.
6 Item aliquando pro dictione, Intrà, l. Gallus, in princ. ff. de liber.& poſthum. l. 1. §.deindè ait prætor, ff. ne quid in flumin. public. l. in annos, ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. §. quod dicimus, ff.de ſucceſſ. ædict. & ità exponit etiam Innoc. in c. propter ſterilitatem, ſuper verbo, non ſoluiſſe, de locat. tradit Menoch. de arbitr. Iudic. quęſt. 99.num.7.lib. 1. conſuluit Ruin. in conſ. 82. num. 1. vol. 1. & corroboratur per text. in l. 2. §. videndum, de ſucceſſ. ædict.
7 Aliquando pro dictione, Supra, l. ſi duo, §. item videamus, ff. vti poſsid. l.ſi vitem, §. ſi quis proiectum, ff. quod vi, aut clam.
8 Aliquando pro dictione, Antè, vt per Corn. in conſ. 93. nu. 2. vol. 1.
9 Aliquando pro dictione, Apud, per text. in l. fundi,

l.fundi, §.item quod inſulæ, ff. de actio.empt.
10 Item ponitur pro dictione, Non, Bald.conſ. 47.nu.1.in princ. part.4. Signoroll. de Amod. conſ. 101. col. 1. in fin. qui adducit text. in l. 1. C.de iuſt. Cod. confirm. & Pariſ. conſ.22. nu. 25. lib. 2.
11 Item aliquando pro dictione, Iuxta, gloſ.in l.ſi ſtatuta, ff.de iure iur. Surd.deciſ.178.nu.3. & maximè poſita in accuſatiuo caſu.
12 Multoties accipitur, vt denotet conditionem, quando reſpicit futurum euentum, & facit quod ſi quid legetur in honorem doctoratus, tale legatum dicatur conditionale, donec pendet conditio doctorandi, Natt. conſ. 661. nu.27. & conſ. ſequenti, nu.4. tom. 4. & vltra ibidem allegatos tradit Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, col. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Bald. Caſtrenſ. & Socc.in l. publius, ff. eod. & poſt Bald. declarant Alex. Aret. & Iaſ. in præfata l. Gallus, §. ille caſus, Gabr. conſ. 171. nu. 4. lib. 1. Pariſ. & alij per eum adducti in conſ. 18. nu. 16. lib. 2. & Ruin. in conſ. 115. nu. 5. vol.3.
13 Significat etiam intrinſicitatem, itaut illud, quod debet fieri, ſit faciendum intrà ipſum actum, non propriè, aut extra, Bald.in Rubric. ff. ſolut. matrim. col. 1. ad med. verſ. hic adde, & in fine ipſius col. verſ. ſi verò dictio, Oldr. conſ.49.nu.9. Bart.in d.l.Gallus, §. ille caſus,

col. vlt. in princ. verſic. ſecundo caſu, Papien. in forma production. teſt. ad perpet. rei memor. §. vſque ad calendas, col. 2. num. 2. in fin. verſ. vel teſtis, dicit Imol. in Clement. cauſam, col. 6. ad med. verſ. vndè differentia, num. 34. de electione. Alex. conſ. 22. nu. 8. lib. 4. & Corn. conſ. 339. nu. 3. vol. 1.

14 Et hoc tanto magis procedit appoſita in ſtatutis, tanquàm ſtricti iuris, & in probationibus ſiuè ponatur in ablatiuo, ſiuè in accuſatiuo caſu, Alex. conſ. 137. col. 3. circa med. verſ. peccat, & in alio, à num. 14. vſquè ad 17. lib. 2. Felin. in c. tertio loco, col. 3. poſt med. verſ. ſed ſuſtentabilior, nu. 2. de præſumption. & in Rubric. de ſponſ. col. 4. ad fin. verſ. ex quibus apparere poteſt, Socc. conſ. 211. nu. 4. lib. 2. Alex. conſ. 116. ad med. verſ. ſecundus verò, lib. 1. l. 1. §. in fluminibus, ff. de flumin. Bero. conſ. 177. nu. 24. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 388. nu. 30. conſ. 398. nu. 9. conſ. 470. num. 54. & conſ. 55. lib. 4. Corn. conſ. 278. num. 7. vol. 3. Modern. Roman. de diſceptat. forenſ. cap. 460. nu. 60. & ſeq. tom. 2.

Et denotat cauſam intrinſecam, & immediatam, text. in §. ſanè, Inſtit. vi bon. rapt. & in d. l. 1. §. in publico. Adeò vt quando adijcitur perſonæ non denotet adhærentiam perſonæ, ſed in ipſam perſonam, Bald. in ſupracitata Rubric. nu. 4. ff. ſolut. matrim. l. 1. §. hæc

autem,

autem, vbi Bald.ff. de his qui deiect.vel effud. Honded.conſ.103.nu.17.& 18.vol.1.& optimè Hier.Grat. cum alijs per eum allegatis in conſ. 42. nu. 29. lib. 2.

15 Habet etiam naturam priuatiuam, vt quãdo dicimus aliquem inſipientem, indemnem, inſontem, &c. nam per illam dictionem, In, reſoluitur ideſt, ſine ſapientia, ſine damno, &c. text. eſt in l.imperitia, ff. de regul.iur.

16 Demùm denotat augumentum d.l.Gallus, §.ille caſus indifficilis, & ibi gloſ. ff. de liber. & poſt. quæ ibi exponit, indifficilis, hoc eſt valdè difficilis, & l. cum duobus, §.damna, ff. pro ſoc.

17 Quid autem dicendum in tanto Doctorum conflictu? Dic, quod cum iſta dictio, ità variè, & multipliciter reperiatur expoſita, illius diſpoſitionem conſiſtere arbitrio Iudicis, ſecundum Theoric. gloſ. ordin.in c.cum nullus, verſ.in remotis, de tempor.ordin.lib.6.in c.fęlicis, verſ. vicinarum, de pœn. eod. lib. & in auth.præterea, C.vndè vir. & vxor. Iudex autem tunc ità ſuum arbitrium debet moderare, vt hanc dictionem exponat, ſecundum quod ſuadet ratio ſubiectæ materiæ, gloſ.ord. in l. eas cauſas, ff. de condit. & demonſtrat. & tradit Roman. in ſuperiùs citato conſ.376. nu. 7. & ibi Mandoſ. in addit. in litera C. plures referens.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens per dictionem, Incirca, vt plurimum reijci ſolet.*
2 *Iſta dictio intelligitur de modico temporis interuallo.*
3 *Et iſta modica quantitas relinquitur declaranda arbitrio Iudicis. Intellige, vt in num. 5.*
4 *Limita ſi agatur de certa temporis, & qualitatis probatione.*

DICTIO XCII.

INCIRCA.

IN iudicijs ſæpiſsimè teſtes interrogantur, qua hora, die, menſe,& anno aliquid geſtum, actumuè ſit; qui quidem, vel lapſi memoria, vel ob temporis diuturnitatem, reſpondere ſolent anno 25. incirca, vt ità oſtendant, ſeſe certè neſcire tempus illud interrogatum, ſed ab eo deſignato tempore,non longè recedere,
1 & ſic teſtimonium horum teſtium per huiuſmodi dictionem deponentium, vt plurimum reijci ſolet; ità docuit Butr. in c. vltim. de ſponſ. impub. quem ſequitur Curt. Iun. in conſ. 144. nu. 4. & idem conſuluit Ruin. in conſ. 10.

conſ. 10. nu. 3. lib. 5. Si quis enim deponat aliquem poſſediſſe ſpatio decem annorũ, incirca, non probat, Guido Pap. ſingul. 436. quem ſequitur Rebuff. in pract. benefic. in tit. de diſpenſat. ration. ætat. in verbo, vel circa, nu. 6. & ſub nu. 5. refert exemplum cuiuſdam Clerici, qui debuit ſtuduiſſe quinque annis completis, ſed ſi dicat ſe ſtuduiſſe quinque annis, incirca, talis atteſtatio nõ valet, quia incerta.

Et quamquam huiuſmodi teſtium depoſitiones non valeant: attamen in illis caſibus in quibus hęc teſtimonia recipiuntur, quæritur de quanto tempore intelligatur iſta dictio,
2 incirca; Dic de modico temporis interuallo, argum. in l. 2. §. ex actis, ff. de orig. iur. text. & ibi gloſ. in d. c. vltim. Ruin. in conſ. 130. nu. 5. vol. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 46. nu. 3. & ſeq. Surd. conſ. 376. nu. 15. lib. 3. Pariſ. conſ. 104 nu. 13. & conſ. 35. lib. 1. gloſ. in verbo, circa, in c. 1. §. penultim. de offic. ordin. in 6. Rota apud Farinacc. deciſ. 353. num. 3. vol. 2.
3 Modica verò quantitas qualis, & quanta ſit relinquitur declaranda arbitrio Iudicis, adnotat. per Doctor. poſt gloſ. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis caut. text. in l. 1. de iur. deliber. & clarè notat Angel. in conſ. 124. incipien. viſis petitione, & reſponſione, Alexan. conſ. 82. in fin. lib. 7. l. hæc adiectio, ff. de verbor. ſignification. Rota deciſ. 220. num. 6. part. 2.

diuerſ.

diuerſ.hoc idẽ animaduertit gloſ.in c.1. §.penult. in verbo, circa, de offic. ordin.in 6.Petr. Rebuff.in prax benefic. in tit.de diſpenſat.ration.ætat.in verbo,vel circa.n.1.& 2.Menoch. de arbitr.Iud.d.caſ.46.n.4 Et fuit etiam dictũ in Rota,inRomana Locationis Vineę 20.Dec. 1602.coram R.P.D.Ludouiſio, nunc S. D. N. Gregorio XV.tunc S.Rotę Romanę Auditore.

4 Limita ſi agatur de certa temporis,& qualitatis probatione; nam tunc teſtis deponens cum hac dictione, nihil probat, nec attẽditur, poſſe iſtam dictionem referri ad modicam quantitatem ex Iudis arbitrio declarandam; ità enim concordant opiniones Doctorum de hac materia colloquentiũ,vt benè refert Gratian.de diſcept.forenſ.in c.277.n.25.tom.2. & in c.212.n.10.to.3.addens,ità tenuiſſe Rotam Romanam in Parmen. Status 3.Decem. 1607. coram R.P.D. Ludouiſio,nunc S.D.N.Gregorio XV. tunc Sacræ Rotæ Romanæ Auditore.

5 Tu tamen dic,quòd licèt iſta modica quantitas relinquatur declaranda arbitrio Iudicis, intelligitur nihilominùs de decima parte, ità Corn.conſ.59.n.5.& 6.lib.4. vbi etiam voluit, modicam portionem,poſſe in quarta parte verificari,per tex.in l.ſi quis,C.de inoffic.teſtam. Et quod capiat decimam partem,dixit etiam Bero.in conſ.85.nu.4.lib.1. & ſequuta eſt Rota in d. Romana Locationis Vineæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Incontinenti, quid importet.*
2 *Prolata à lege trahit ſecum executionem iuris.*
3 *Communiter ſumitur arbitrariè.*

DICTIO XCIII.

INCONTINENTI.

TExt. in l. final. C.de error. aduocat.dicit,
1 hanc dictionem, triduo ſignificare: Regulariter tamen ſignificat enixam voluntatẽ diſponentis, ad tradit. per Pariſ. in conſ. 70. nu. 1.& 2. lib.3.Et ſignificat idem quòd,mox, c.quia propter,& ibi gloſ.de electión.& c.prçterea, ibiq. pariter gloſ. de teſtib. cogen. vel ac ſi diceretur, ipſo iure, gloſ. in l. commiſſa, verſ.ſtatim, ff. de public.& vectig. & in c.cum excommunicato 11. quæſt. 3. tradit Bart. in l.Imperator, ff. de iur. Fiſc. Et ità dicendum eſt de dictione, ſtatim, vt de vtraque firmat Angel. in auth.de inceſt.nupt. col.2. in princ. & Socc. Iun. in conſ. 68. num.40. vol. 3.
2 Prolatæ namquè à lege trahunt ſecum executionem iuris,prout inquit Bald in l.lecta, propè fin. ff. ſi cert. petat. & Soccin. vbi ſupra num. 41.

3 Com-

3 Communiter tamen ſumitur arbitrariè, & relinquitur arbitrio Iudicis, Abb. in d.c.præterea, in vlt. col. vbi Felin.verſ.in gloſa finali, num. 10. col. 774.

SVMMARIVM.

1 *In euentum, eſt dictio ſubſidiaria.*
2 *Idem de dictione, In defectum.*

DICTIO XCIV.

IN EVENTVM.

1 ADdita dictio iſta alicui diſpoſitioni, reddit eam ſubſidiariam, vt ſcilicet, locum non habeat niſi in ſubſidium, Rota in Romana, ſeu Ariminen. Pecuniaria 10. Decem. 1591. corã R.P.D. Gyptio, & in Romana ſupplemẽti legitimæ 30. Iun. 1619. corã R.P.D. Buratto.

2 Idemq. dicendum eſt de dictione, In defectum, vt in d. deciſ. & in alia Beneuentana, 1. Febr. 1616. coram eodem R.P.D. Buratto.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Infrà, habet relationem ad ſequentia.*
2 *Appoſita verbo, annum, quid ſignificet.*
3 *Eſt ſimilis dictioni, Intrà,*

D I-

DICTIO XCV.

INFRA.

1 Regulariter dictio, Infrà, habet relationẽ ad ſequentia, & inferiùs dicenda, text. in l. qui liberos, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. cuius opinionis fuit etiam Pariſ. in conſ. 93. nu. 22. vol. 1. & Rolan. in conſ. 34. nu. 27. tom. 4. ac ſecundum ſequentia regulatur aſſumendo quod poſtea dicitur omittendo priùs dictum, Menoch. conſ. 86. nu. 9. & 71. lib. 1. Modern. Roman. de diſcept. forenſ. cap. 575. num. 28. tom. 3. Bart. in l. Gallus, §. idem credendum, in fin. nu. 5. ff. de liber. & poſthum. text. in l. 2. ff. ad leg. Aquil.

2 Quæ quidem ſi apponatur verbo, annum, nempè infrà annum, dò tibi licentiam accipiendi poſſeſſionẽ prędij mei, in qualibet parte anni poſſeſſio accipi poteſt, quia dat licentiam, ſecund. Abb. in c. final. n. 3. verſ. ſed iudicio meo, de ſecund. nupt. & fuit dictum in vna Peruſina Bonorum Lunæ 20. Aprilis 1592. coram R.P.D. Penia, quæ deciſ. eſt impreſſa in tract. Pic. ad Statut. Vrb. & eſt 38. nu. 12.

3 Rurſùs æquipollet dictioni, Intrà, quia ponitur incluſiuè, text. in l. venditione, ff. de action. empt. & Inſtit. de gradib. in princ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Infraſcripti, quomodo verificetur.*
2 *Et eſt relatiua.*

DICTIO XCVI.
INFRASCRIPTI.

1 Dictio, Infraſcripti, non verificatur niſi in his, quæ ſcripta ſunt, & oculis corporeis legi poſſunt, Bart. in l. 1. in fin. ff. de his, quæ in teſtam. del. & in l. quis liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. Natt. conſ. 476. n. 6. tom. 2.
2 Et eſt relatiua ad caſus, qui infrà expreſsè enumerãtur, & deſcripti apparẽt, Pariſ. cõſ. 93. n. 24. & ſeq. lib. 1. Menoc. cõſ. 86. n. 71. lib. 1. Rim. Iun. cõſ. 181. n. 13. lib. 2. & Hond. conſ. 2. n. 19. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *In Perpetuum, dictio, quomodo intelligatur, & nu. 2.*

DICTIO XCVII.
IN PERPETVVM.

1 Ista dictio intelligitur in infinitum, etiam poſt centum annos, Riminal. Iun. conſ. 219. num. 22.

num. 22. lib. 2. Modern. Roman. de diſcept. forenſ. c. 131. num. 14. tom. 1.

2 Ruin. verò in conſ. 143. nu. 6. vol. 4. dicit hãc dictionem exponi debere, ideſt dum viuit, & allegat text. in l. in perpetuum, iunct. gloſ. ff. de procurat. & defenſor. vbi habetur, procuratorem poſſe conſtitui in perpetuum, & gloſa exponit, ideſt dum viuit; per l. 1. ff. pro ſoc. idemq. Ruin. ſubdit ſimile dicendum eſſe de dictione, ſemper, de qua ſuo loco dicemus. At Borgnin. dicit in tract. de vſufruct. mulier. relict. ſub nu. 175. eſſe intellegendam infrà tempus ad præſcribendum, non autem à lege, ſeu à ſtatuto præſcriptum.

SVMMARIVM.

1 *Inſimul, dictio, ſignificat connexitatem.*

DICTIO XCVIII.

INSIMVL.

1 HÆc dictio, Inſimul, ſignificat congregationem, & connexitatem, text. in c. 1. ibi cum reliquo inſimul, de conſuet. lib. 6. in l. 3. circa prin. ff. ſi famil. furt. feciſſ. dicat. in l. Arethuſa, ff. de ſtat. hom. in l. qui duos, ff. de vulg. & pupillar. & tradit Pariſ. in conſ. 79. nu. 20. lib. 3. Atquè æquipollet dictioni, vna cum, cuius natura eſt congregare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio, In ſolidum, importat integritatem, nulla admiſſa detractione.*
2 *Appoſita in inſtrumento Societatis, quid importet.*

DICTIO XCIX.

IN SOLIDVM.

Dictio, In ſolidum, eſt conſiderabilis, mentiquè tenenda; nam ſi quis obligatur in
1 inſtrumento in ſolidum cum altero, obligatio importat integritatem (nulla admiſſa detractione) eſt text. in l. 1. & in auth. hoc itaquè, C. de duob. reis, & Phanucc. de Inuentar. par. 7. num. 3. Caueat itaquè quiſquè, ſi poteſt ab iſta dictione.

2 Hinc infertur, quod dictio iſta, appoſita in inſtrumento, in quo plures in ſocios aſſumuntur, non poteſt intelligi pro rata ſolummodo portionum, pro quibus ipſi fuerunt in ſocios aſſumpti, vt declarauit Rota in Romana Caſalis Palazzetti 16. Decembris 1587. coram R. P. D. Robuſterio, in Romana Mutui 16. Nouem. 1601. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto, & in Terracinen. paludũ 1. Iul. & 26.

No-

Nouembris 1616. & 10. Martij 1617. coram R.P.D. Veroſpio.

SVMMARIVM.

1 *Inſtar, hoc eſt ad ſimilitudinem.*

DICTIO C.

INSTAR.

1 Tantum eſt dicere, Inſtar, quantum ad ſimilitudinem, Bald.conſ.232.nu.2. verſ. præterea, lib.1. Archid.in c.2. poſt princ.verſ. ad inſtar, de offic. leg. lib. 6. Bald. in l.1.C.de patr. qui fil.diſtrax. Card.in Clement. 1. in 5. notab. de iudi. Luc. de Penn. in l.2.poſt princ. C.de iur. Fiſc. lib. 10. in l. 2. poſt med. C.de conſue. lib. 2. & in l. ſemel, in princ. C.de re milit.eod.lib. Mandoſ.de priuil.ad inſtar, q.1. num. 2. & habetur apud Virg. 2. Æneid. Inſtar montis equum, diuina palladis arte. Apud Cicer. 2. Offic. Inſtar mortis. & fuſius apud eundem Mandoſ. vb ſupra d. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Inſuper, intelligitur circa ſuperiora.*
2 *Eſt continuatiua eiuſdem ſermonis.*

I 3 *Si-*

3 *Significat idem, quod vltrà.*
4 *Ampliat præcedentia.*
5 *Ponitur inter diuerſa.*
6 *Item pro, præcipuè.*

DICTIO C. I.

INSVPER.

1 INtelligitur dictio, Inſuper, circa ſuperiora, vt addat ſuperiori diſpoſitioni retentis eiſdem terminis, c. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6. c. vbi periculum, §. ipſos inſuper, de election. eod. lib. Bero. conſ.80.nu.5. lib. 2. Mareſcott. variar. reſolution. cap. 151. num.8. lib.1.

2 Et eſt continuatiua eiuſdem ſermonis, Rot in Romana Palatij 18.Februarij 1619.coram Reuerendiſs. D. Sacrato.

3 Ac idem ſignificat quod, vltrà, Rot.in Romana Nullitatis tranſactionis 26. Nouembr. 1616. coram R.P.D. Vbaldo, Petr.Rebuff.ſuper concord. tit.de collat.§.1.in verſ.inſuper.

4 Item ampliat præcedentia, gloſ. in c. non ſolum,ad fin.verſ.& inſuper,de regul.iur.lib.6.

5 Ponitur quoquè inter diuerſa, Gemin.conſ. 44.n.4.Mãdoſ.de priuil.ad inſtar,gloſ.1.n.12.

6 Et aliquando pro, præcipuè, c. cum acceſſiſſent, de conſtit. Mandoſ. vbi ſupra num. 14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Intra, accipitur incluſiuè, & excludit extrema.*

2 *Et aſſumitur pro dictione, Iuxta.*

DICTIO C. II.

INTRA.

1 Dictio, Intra, accipitur incluſiuè, Mant. de tacit.& ambig.lib.4.tit.9.nu.9.& includit extrema, cæteraq. excludit, l. 1. §.quod diximus, ff. de ſucceſſ. ædict. & ſic qui vendidit quicquid eſt intra muros, videtur vendere ipſos muros, ſi ſunt eiuſdem venditoris, Bal. in l. 1. §.in initio, n. 8. cum alijs per eum allegatis, ff. de offic. præfect. Vrb. & quod includat extrema, eſt text. in l. æde ſacra, §. 1. de contrahen. empt. Bald. in Rubric.C. eod. col.vltim. in princip.quæſt. 22. nu. 23. & in d. l. 1. §. in initio, Socc.conſ. 221. in princ. verſ. & ſic videtur facta, lib.2. & ita etiã declarauit Rot.in Romana Societatis 2.Iunij 1608. corã Illuſtriſs.D.Card.Lancellotto,& Modern.Roman.de diſceptat.forenſ.in cap.301.n.20.to.2.

2 Aſſumitur, & iſta dictio pro, iuxta, l.ſi ſtatuta, cũ ibi notat. ff.de regul. iur.& facit quod notatur in l. eas, ff. de condit.& demonſtrat. Alex. conſ. 8. num. 7. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Inter, ſignificat extremitatem temporis.*

2 *Quandoq. ponitur pro dictione, Citra.*

DICTIO C.III.

INTER.

1 PEr dictionem, Inter, notatur temporis extremitas, l. non omnis, ff.ſi cert.petat. & illa ponitur incluſiuè, l. 1. §. in initio, ff. de offic.pręfect.Vrb.l.æde,§.interim,ff.de cõtrah. empt.l.fundum,& l.quæro. ff.de action.empt.
2 Quandoq. verò ponitur pro dictione, Citra, l.final. ff.de iur. Fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Interdiù, eſt dictio temporalis.*

DICTIO C.IV.

INTERDIV.

1 INterdiù, denotat, ideſt, in die,& eſt dictio temporalis, cuius contrarium eſt noctu, l.ſi cõmunem, §.is qui nocturnam, ff.quemad.

ſer.

ſer. amic. l.hoc ædictum, §.labeo, ff.de his qui deiect. vel effuſ. l.itaquè, ff. ad l Aquil.& Cat. de re ruſtic. dum dicit: Canes interdiù clauſos tenere oportet, vt noctu acriores, & vigilantiores ſint.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Interim, denotat idem, quod medio tempore.*

2 *Reſtringit diſpoſitionem loquentis ad tempus cui adiecta eſt: non autem excedit tempus cui ſubÿcitur, & num. 3.*

DICTIO C.V.

INTERIM.

1 DEnotat huiuſmodi dictio idem, quod medio tempore, l.qui ad certum, ff. locat. l.ſi chorus, in fin. ff.de legat.3. l.libertus, §.in quæſtionibus, ff. ad municipal. Rim. Iun. conſ. 244. num.48. & 71. lib. 3. Honded. conſ. 97. num.17. vol. 1.

2 Reſtringit diſpoſitionem loquẽtis ad tempus cui adiecta eſt, vt poſt Card.in Clemen.2. §.1. de ætat.& qualit. Grat.in conſ.81.nu.26. lib.2.Rimin.Iun.in præfato conſ.nu.277.cum ſequen. & idem Honded. in d. conſ. nu. 18.

2 Non tamen excedit tempus, cui ſubijcitur, l. qui ad certũ, verſ. interim, ff. de locat. d. l. libertus, §. in quæſtionibus, verſ. interim, quam ſententiam confirmauit Rota in Romana Societatis officij Lunæ 9. Aprilis 1612. coram R.P.D. Caualerio, quę deciſ. eſt impreſſa apud Zacch. de Societat. deciſ. 78. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Inuicem, denotat animi coniunctionē.*

DICTIO C.VI.

INVICEM.

COmponitur dictio, Inuicem, Ex, In, & Vicem, vt exponit text. in l. qui inuicem, ff. de condit. indebit. auth. item ſibi inuicem, C. de
1 ſacroſ. Eccleſ. Denotat enim inter duos animi quandam coniunctionem, & beneuolentiam, & vt vocāt Sympathiam, qua ſeſe mutuo amore proſequuntur, l. 1. ff. de verbor. obligat. & l. 1. C. de ijs qui ant. aper. tabul.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Integraliter, ſeu Integrum, quid importet.*

2 Appe-

2 *Appoſita in Statuto, quid operetur.*
3 *Et quid in beneficio Principis.*

DICTIO C.VII.

INTEGRALITER, ſeù INTEGRVM, vel INTEGRE.

1 IMportat iſta dictio idem quod, totaliter, nullamq. diminutionem admittit, text.in l.nomen filiarum, §.final.ff.de legat.3. Peregr. de fideicom.cum alijs per eum relatis, art. 3. nu.90.Surd.conſ.511.n.7.lib.4. Alex.conſ.201. n.7.vol.6.Ruin.conſ.159.n.6.vol.3.Pariſ.conſ. 116.nu.14.vol.1.Ioan.de Amic. conſ.12.n.29. Natt.conſ.164.n.9. Rolan. conſ.27.n.31.to.4.

2 Ex quo inferas, quòd ſtante Statuto, vt præmoriente vxore, ſine filijs, maritus lucretur integram dotem, virtute huius dictionis, integram lucrabitur dotem, etiam in præiudiciū filiorum primi matrimonij, vt latè dixit idem. met Roland. in tractat. de lucr. dot. in quæſt. 38.

3 Imò adiecta in beneficio Principis, exempli gratia, ſi concedat Vaſſallo, vt de infeudatis poſsit integraliter diſponere, & ordinare ad ſui libitum, eius eſt efficaciæ, vt operetur nihil iuris, ſibi Principem retinuiſſe, ſed omne ius, quod habet, in Vaſſallum transfudiſſe,

vt probatur in l. ſi quando la 1. C. de bon. vacant. lib. 10. Et ratio eſt, quia tantum valet dicere integraliter, quantum, ſine diminutione, gloſ. in Clement. dudùm, §. cum verò, in verbo, integrè, de ſepult. cum alijs relatis per Natt. in conſ. 464. n. 9. & 10. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ità, accipitur multis modis, & nu. 2. 3. & 4.*

DICTIO C. VIII.

ITA.

1 Hæc dictio, multis modis accipitur. Aliquando enim ſignificat idem quòd, ſicut, l. fructus, ff. ſolut. matr. l. 2. C. de his quæ ſub mod. l. cum mota. C. de tranſact. Gozad. conſ. 8. ſub num. 18.

2 Quandoq. idem quod dictio, ſic, ideſt, hoc modo, l. ædificia, ff. de verb. ſignific. cũ alijs, de quibus per Rebuff. in l. labeo, & Sabinus, §. itẽ ſi dominus, col. 9. verſ. ita eſſe, ff. eod. & in l. triplici 142. col. 3. poſt med. ff. eod. tit. Honded. conſ. 13. nu. 24. vol. 2.

3 Interdùm deſignat modum, & ſimilitudinẽ, atquè declarationẽ ad rem expreſſam, vt plenè

nè notatur in l.ità tamen, ad Trebell.Bart. & alij in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtrat.in l. quamuis conuenerunt, de pignor.actio. Grat. in conſ.9.nu.86. & in conſ.13.nu.5. lib. 1. & Modern. Roman. de diſcept. forenſ. cum alijs ab eo relatis in cap.575.nu.33.tom.3.

4 Et demùm denotat cõditionem, l.Iulianus, in glóſ.ff.de condit.& demonſtrat. notatur in l. 1. ff. eod. tit. & tradit Grat. in conſ. 126. num.31. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Itaquè, dictio, reſtringitur ad praecedentia, & num. 2.*

DICTIO C. IX.

ITAQVE.

1 REſtringitur dictio iſta ad præcedentia, & ad ea venit declaratiuè, adnotata in l.Lucius, §. quæ habebat, ff.ad Trebellian. in l.hac ædictali, §. his illud, C. de ſecun. nupt. in fin. Dec.conſ. 521.nu.16.tom.2.l.venditor, §. ſi conſtat, ff. commun.præd. Socc.conſ.241. col.penultim.& final.vol.2.Pariſ. conſ.22. nu. 39. lib. 3.

2 Et

2 Et reſtringitur ad præcedẽtia continuatiuè, l. ſi ad non, ff. de petit. hæredit. Bart. in l. prætor, ff. de publician. & idem Pariſ. conſ. 40. num. 9. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, Ita quòd, & Ita tamen, ſunt declaratiuæ præcedentium, ac limitatiuæ.*

2 *Item intelliguntur ſecundum ſupradicta, & per eas non ampliantur præcedentia, & numer. 4.*

3 *Item inducunt conditionem.*

DICTIO C.X.

ITA QVOD, ET ITA TAMEN.

1 SVnt hæ dictiones declaratiuæ præcedentium, ac limitatiuæ, & reſtrictiuæ, l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Trebell. l. 1. §. hoc ædicto, vbi Bart. ff. de poſtul. Socc. Sen. conſ. 49. col. 3. verſ. cùm ergo, lib. 1. & conſ. 99. nu. 15. lib. 4. text. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & in c. ſignificatum, de præben. Dec. conſ. 126. num. 6. tom. 1. & conſ. 521. num. 16. tom. 2. Gabr. conſ. 35. num. 26. lib. 1. Pariſ. conſ. 92. nu. 53. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 69. nu. 33. vol. 3. Bart. in l. talis ſcriptura, §. vltim. ff. de legat. 1.

Ruin.

Ruin conſ. 18.nu. 11.& conſ.74. nu.17.lib.2. Pariſ.conſ.20.nu.47.lib.2. Menoch. conſ.134. nu. 15. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 7. nu. 62. lib. 1. Berret. conſ. 147. num. 6. & Honded. conſ. 69. nu. 45. lib. 2. cum alijs ibidem.

2 Intelliguntur enim ſecundum ſupradicta,& per eas non ampliantur præcedentia, ſed potiùs reſtringuntur. §. quoniam ſcimus, verſ.& ita, auth. de teſtib. Bal. & Odofred. in §. in cauſis,in tit.de pac.conſtanti,Alciat. coſ.492. alias conſ. 44. num. 3. lib. 9. quem ſequitur Riminal. Iun. in conſ. 491. nu. 63. lib. 4. tradit Crauett. in conſ. 201. nu. 41. lib.2. Hond. in conſ. 45. nu. 42. & 43. vol. 2. Bart. in l. in repetendis, ff. de legat. 3. in l. ſi tibi purè,eod. tit. & in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtrat.

3 Imò ſecundum aliquos conditionem inducunt, vt l. libertus, §. 1. ff. de manu.teſta.l. ita tamen, & d. l.Lucius, ff. ad Trebell. gloſ. in l. Iulianus la 2. ff. de condit. & demonſtrat. Rot. in Romana Laudi 28. Iunij 1613. coram R.P. D. Buratto, & apud Farinacc.deciſ.515. nu. 2. vol. 1. Alberic. de Roſ. in ſuo dictionar.

4 in verbo, ita tamen, vbi in fine dicit, iſtas dictiones reſtringere, & determinare præcedentia, per text. in l. neganda, C. qui accuſ. non poſſ. & Pariſ. conſ. 17. num. 19. lib. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iterùm, dictio, denotat repetitionem, & ponitur continuatiuè.*

DICTIO C.XI.
ITERVM.

1 DIctio, Iterùm, denotat repetitionem, l. veluti, §. final. ff. de eden. Et ponitur continuatiuè, l. item ſi, ff. de procurat. l. item eorum, ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nomin. Cōtinuatio verò habet naturam coniungendi, & de duobus facit vnum, c. literis, extr. de temp. ordin. Vndè coniuncta pro vno habentur, l. ſi non, C. de caduc. tollen.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Item, eſt repetitiua præcedentium.*
2 *Limitatur tribus modis, & num. 3. & 4.*
5 *Pluries repetita, oſtendit diuerſitatem capitulorum.*

DICTIO C.XII.
ITEM.

1 EST huiuſmodi dictio repetitiua præcedentium, repetitq. onus iniunctum in primo legato

legato cum qualitatibus , & conditionibus etiam in ſequenti, l. in repetẽdis, iunct. §. Caio, vbi Bart. & Cuman. ff. de legat. 3. Caſtrenſ. conſ. 88. nu. 1. par. 1. Alex. conſ. 158. nu. 5. & 6. lib. 6. l. cohęredi, §. qui patrem, ff. de vulgar. & pupillar. l. ſed, & ſi per prætorem, §. deindè, ff. qui ex cauſ. man. not. Bart. in l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. Bal. in l. 1. C. de leg. hęred. notatur in l. item in poteſtate, vbi Bart. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. §. 1. ff. de publi. & ibi Bart. Caſtrenſ. & alij, quorum opinionem tenent etiam Dec. in conſ. 423. num. 3. tom. 2. Pariſ. in conſ. 18. numer. 23. lib. 2. & optimus Inſtitutiſta Ioan. Oinot. in §. item lapilli, num. 4. Inſtit. de rer. diuiſ. eſt etiam text. in l. à ſentẽtia, in princ. ff. de appell. conſuluerunt Alex. in conſ. 37. num. 10. lib. 3. & in conſ. 99. num. 8. lib. 7. Grat. in conſ. 114. num 14. & in conſ. 117. nu. 19. lib. 1. & in conſ. 18. nu. 36. lib. 2. cum alijs ibidem relatis, Surd. in conſ. 468. nu. 11. lib. 4. & Socc. Iun. in conſ. 85. nu. 22. & 24 & in conſ. 89. nu. 25. vol. 3.

2 Fallit 1. ſupradicta concluſio, quando in ſequentibus ſpecialis prouiſio adhibita eſt, l. ſub conditione, cum gloſ. ff. de hæred. inſtit. Vbi conditio adiecta in inſtitutione, nunquam cenſetur repetita in ſubſtitutione, & gloſ. ibi aſſignat rationem, quia ſubſtitutio ſemper ſpecialem ſuam conditionem habet,

ber, videlicet, ſi primus hæres non erit, &c. & per hoc Angel & Bald. in d. l. ſub conditione, concludunt; quòd ſi teſtator inſtituit Titium ſub conditione, nempè ſi conſtruxerit Cappellam in Eccleſia Sanctæ Mariæ Viſſi, & ſi hæres non erit ſubſtituit Caium, & Titius non ſit hæres, ſed ſubſtitutus; dicta conditio conſtruendi Cappellam non intelligitur repetita in perſonam Caij; ità etiam voluit Alex. in conſ. 158. num. 6. lib. 6.

3 Fallit 2. quando repetitio congruere non poteſt, l. cum pater. §. cum imperfecti, ff. de legat. 2. Bal. in l. final. in fin. C. de indict. viduit. Alex. in conſ. 109. num. 8. lib. 7.

4 Fallit 3. quando iſta dictio ponitur inter orationes perfectas, quia tunc facit ceſſare repetitionem, Bart. in l. Sæiæ, §. Caio, ff. de fund. inſtruct. Iaſ. conſ. 207. col. 2. vol. 2. Curt. Iun. conſ. 72. num. 6. & conſ. 102. vol. 2. & deniquè Rolan. à Vall. conſ. 34. num. 36. vol. 4.

5 Habet, & aliam naturam, quæ pluries repetita oſtendit diuerſitatem capitulorum, inter quæ ponitur, vt poſt Gemin. & Boer. ſcripſit Rebuff. in l. labeo, & Sabinus, §. item ſi dominus, col. 3. verſ. & hæc dictio, ff. de verbor. ſignificat. ac conſuluit Honded. in conſ. 69. num. 24. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ipſe, eſt perſonaliſſima, & demonſtratiua ad oculum, & magis reſtringit quàm aliæ dictiones relatiuæ, & numer. 2.*
3 *Inducit repetitionem præcedentium.*

DICTIO C. XIII.

IPSE

1 NOn ſolum dictio, Ipſe, eſt relatiua præcedentium, ſed etiam perſonaliſſima, & demonſtratiua ad oculũ perſonæ ſupra expreſſę, & aliarum perſonarum excluſiua: optimè Bald. in conſ. 304. n. 1. in fin. vol. 5. cuius doctrinam ait ſingularem, nec alibi legiſſe, Iaſ. in l. filius familias, § Diui, in 2. lectur. nu. 151. ff. de legat. 1. vbi Ferd. Leaz. n. 188. & Rip. 111. Decian. ad diction. Alberic. in verbo, ipſe, vbi alios citat: Barbat. conſ. 87. nu. 3. verſ. 2. dico, vol. 4. Socc. conſ. 250. nu. 5. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 144. nu. 14. vol. 3. Rolan. conſ. 59. nu. 27. & ſeqq. conſ. 55. nu. 29. vol. 3. & conſ. 97. nu. 21. vol. 4. Rot. apud Farinacc. deciſ. 300. nu. 21. & deciſ. 619. nu. 3. vol. 1. & deciſ. 507. nu. 9. vol. 2. Menoch. conſ. 82. nu. 158. Becc. conſ. 28. nu. 10. & 38. Surd. conſ. 163. nu. 15. vol. 2.

vol. 2. & deciſ. 210. nu. 18. Rota in Romana domus 13. Februarij, & 24. Nouembris 1617. coram R. P. D. Pirouano, Franc. inter conſ. Felin. conſ. 25. num. 13. cum ſequen. Guid. Pap. quæſt. 411. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. c. 13. nu. 34. & ſequen. Menoch. conſ. 115. n. 5. Rota in Bononien. de Mangiolis 20. Februarij 1615. coram R. P. D. Caualerio.

Et licèt videatur ſtare perſonaliſſimè, quandoquè tamen ſtat demonſtratiuè, prout poſtulat ſubiecta materia. Vndè ſi facta alicui donatione cum pacto, quòd (eo ſine filijs decedente) bona reuertantur ad ipſum donantem, hoc caſu dictio, ipſum, ſtat demonſtratiuè, nec impedit quo minùs, eueniente conditione, ad hæredes donantis reuertantur, vt fuit reſolutum in Romana hæreditatis, prima Februarij. 1610. coram R. P. D. Coccino.

2 Reſtringit nihilominùs magis quàm aliæ dictiones relatiuæ, Gabr. conſ. 113. nu. 64. & conſ. 154. nu. 13. vol. 2. Doctor. in d. l. filius, §. Diui, Rebuff. in l. ſciendum eſt, §. idem dicitur, col. 4. verſ. vndecimus, ff. de verbor. ſignificat. Hond. & alij, quos allegat. conſ. 11. num. 21. vol. 2. Grat. conſ. 76. num. 11. lib. 1. latiſſimè Surd. conſ. 448. num. 29. lib. 3. viden. & Pariſ. conſ. 95. num. 14. lib. 2.

3 Inducit quoquè repetitionem pręcedẽtium, vt in ſimili dicitur de dictionibus, eos, & pręditos,

dictos, per quas relationes intelliguntur repetita ea, ad quæ fit relatio, l. pluribus, in princ. ff. de verbor. obligat. Bart. in l. ſi quis ſeruum, ff. de legat. 2. Ruin. conſ. 161. nu. 9. & conſ. 117. num. 1. & 3. vol. 2. Rolan. à Vall. conſ. 67. nu. 82. tom. 3. & conſ. 30. nu. 20. tom. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Iuxtà, multipliciter declaratur, cum num. ſequentib.*

DICTIO C.XIV.

IVXTA.

1 Dictio, Iuxtà, diuerſimodè ſumitur. Et I. Dicendum eſt, quod ſtet ſimilitudinariè, vt dictio, ſicut, tanquam, ad inſtar, & ſimil. l. ſi quis, C. de ſepulc. violat. l. 1. C. de his, qui par. vel lib. occid. l. leges, vt generales, C. de leg. Bero. conſ. 38. num. 3. vol. 1. Et ſic in dubiò potiùs cenſetur ſtare demonſtratiuè, quàm reſtrictiuè, Bart. in l. Centurio, nu. 39. & ibi Iaſ. nu. 51. & Rip. nu. 173. ff. de vulg. & pupill. Dec. in c. quoniam Abbas, nu. 14 verſ. & in dubiò, de offic. de leg. Rot. deciſ. 27. num. 7. par. 2. diuerſ. & Pariſ. conſ. 4. num. 36. lib. 4.

2 II. In priuilegijs intelligitur ſtare cauſaliter, Roman.conſ.336.nu.3. In reſcriptis verò iuſtitiæ conditionaliter, Felin. in c.2. nu. 10. de reſcript. Curt.Iun.conſ. 97.n.3.Grammat. deciſ.59.n.24.Ioan.Bapt. Ferrett. conſ.86.n.5. c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil. Roman. conſ. 336. & ibi Mandoſ. in addit. in litera B.

3 III. Significat propinquitatem,& vicinitatem, l.quidam hyberus, vbi.Bart.ff.de ſeruit. vrban.prædior. Bald.in l.1. nu.2. C.de Epiſc. & Cleric. Bart.in l.decernimus, in fin. C.de aqueduct.lib.11. Alex.conſ.120. num.6.vol.2. Felin.in c.quia iudicãte,col.final.de prçſcript. Bero. conſ.144.n.16.vol.3. Surd.cõſ.429.n.73. lib.3. quæ quidem vicinitas debet intelligi cũ aliqua diſtantia, vt voluit Bald.in l. 1 C. de ſacroſ. Eccleſ. & Grat. in conſ. 112. num.22. lib. 1.

4 IV. Ponitur pro dictione, ſecundum, vt eſt text.in c.maiores, de Baptiſm. Riminald.Iun. in conſ.106.num.1.vol.1.Alberic.in dictionar. in verbo, iuxta.

5 V. Ponitur etiam continuatiuè, l.fiſtulam, §. iuxta, ff. de ſeruit. vrban.præd. Et ponitur quandoq.aſſertiuè, c.ablatum, extr.de verbor. ſignificat.

6 VI. Adiecta certæ diſpoſitioni, & prolata in materia, cuius natura ſit diſponere, qualis

eſt

eſt ſententia, ſtat cauſatiuè, non autem relatiuè, & reſtrictiuè, Rot. dec 40. n. 3. par. 2. diuerſ.

Intellige tamen, vt hoc procedat, quando non conſtat de relato, ſecùs quando illud reperitur, vt per Bart. in extrauag. ad reprimen. verſ. prout, ſub nu. 2. dicentem, dictionem, iuxta, prout, & alias ſimiles dictiones, ſi referantur ad aliquod factum, quod ſit de præterito, tunc, ſi de eo conſtat, ſtare limitatiuè, ſi verò nõ conſtat, ſtare cauſaliter; cuius opinionem ſequitur Alex in conſ. 46. nu. 9. lib. 1. Dec. in conſ. 63. nu. 6. tom. 1. & in l. ædita, n. 84. in fin. & nu. ſequent. C. de eden. Curt. Iun. in conſ. 92. nu. 10. Ruin. in conſ. 25. num. 11. lib. 1. Socc. Iun. in conſ. 122. num. 33. lib. 3. Rot. in d. deciſ. 40. ſub num. 4. & 5. Grat. in conſ. 105. num. 7. vol. 2.

7 VII. Relata ad facultatem alicui datam, ſtat limitatiuè, Rot. in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1607. coram R. P. D. Penia.

8 VIII. Stat etiam relatiuè ad præcedentia, c. Abbate, §. præterea, vbi gloſ. de verbor. ſignificat. Alex. conſ. 81. num. 8. lib. 6. & dixit Rot. apud Farinacc. deciſ. 586. num. 2. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad comparendum legitimè, quomodo debeat comparere, & num. 2.*

DICTIO C.XV.

LEGITIME.

DIctio, Legitimè, ſignificat idem quod,
1 omni modo iuridico; vt ſi quis citatus
fuerit ad comparendum legitimè, in iudicio,
intelligitur, vt compareat, vel per ſeipſum, vel
per Procuratorem legitimũ, ita tradit Bald. in
2 cõſ. 149 circ. med. lib. 5. Vbi dat hanc optimã
limitationem, vt ſi huiuſmodi dictio habeat
annexum in ſe locum prohibitum, & citatus
ad comparendum legitimè in loco, ad quem
prohibetur citato, eius acceſſus non tenetur comparere, neque mittere Procuratorem,
ratione loci prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Liberè, importat ſine aliquo impedimento, & ſine aliqua contradictione.*
2 *Appoſita in contractu, quid importet, & quid in venditione, & nu. 4.*
3 *Et quid in facultate alicui conceſſa, de conferenda aliqua re.*

DICTIO C.XVI.

LIBERE.

1 SOlet imponi dictio, Liberè, ſine impedimento, & ſine aliqua contradictione, vt eſt

glof. in

gloſ. in Clement. dudùm, in verbo, liberè, de ſepult. & in Clement. final. de ætat. & qualit. Butr. in c. 1. & ibi Barbat. de offic. ordin. Alex. conſ. 214. nu. 4. vol. 6. Curt Iun. conſ. 2. num. 3. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, Reuertatur, n. 135. C. de reuocan. donat. Ruin. conſ. 1. n 21. vol. 1. Roland. conſ. 42. nu. 18. Natt. conſ. 530 nu. 10. vol. 3. Rip. de remed. ad conſeruan. vbert. nu. 243. Socc. conſ. 13. in fin. lib. 1. Aret. conſ. 76. nu. 3. Dec. conſ. 360 nu. 50. Rip. in l. 1. nu. 10 ff. quor. legat. Alciat. reſponſ. 607. nu. 3. Gozad. conſ. 91. n. 7. & conſ. 58. nu. 2. Socc. Iun. conſ. 72. n. 7. lib. 2. Durant. de art. teſtan. in tit. de ſubſtit. n. 32 Menoch. de adiſpiſcen. remed. 2. n 52. Vinc Caroc. deciſ. ſeu caſ. 80 nu. 38. vbi quod iſta dictio significat abſolutam poteſtatem, nulli legi ſuppoſitam. Et idem eſt, ac ſi diceretur, plenè, c. Piſanis, in fin. de reſtit. ſpoliat. & ſine contradictione, & moleſtia, c. cum ex officijs, de præſcript. Canoniſt. poſt Archidiac. in cap. 1. de ſupplen. negligen. Prælat. lib. 6. Pariſ. conſ. 81. num. 5. lib. 3. l. fideicommiſſa, §. quamquam, ff. de legat. 3. & ibi Doctor. Bart. in l. alio, verſ. Item quæro, dicit teſtator, ff. de aliment. & cibar. legat. Capic. deciſ. 96. num. 5. & habetur in c. ambitioſæ, in extrauag. ad reprimen. hoc eſt ſine contradictione, & aliquo impedimento, Alex. conſ. 12. Viſo themate, n. 2. & cõſ. 14. n. 3. lib. 2.

Vel dic, quòd ſignificet, ipſo iure, ipſo facto, vel abſque alicuius Iudicis licentia, vt voluit Corn. in conſ. 165. nu. 23. lib. 2.

2 Appoſita in aliquo contractu, importat idem ac ſi dixiſſet, ſine aliqua ſolemnitate, vt eſt text. ſecundum intellectum Hoſtienſ. in c. 1. de reſcript. in antiq. cui intellectui ſatis inherere videntur Florent. & Panormit. eſt & alter text. in l. 1. & ibi Bart. in 6. quæſt. C. de ſacroſ. Eccleſ. Corn. conſ. 54. nu. 7. vol. 4. quam opinionem confirmat Bart. in l. pręcibus, in penultim. col. de impub. & alijs ſubſt. qui quidem licèt loquantur de dictione, pleno iure, tamen, plenè, & liberè, idem important, vt notat Bart. in d. l. alio, & Ruin. in conſ. 140. num. 3. vol. 4.

Et vt inquit Philoſophus 1. Metaphyſic. & B. Thom. 2. 2. quæſt. 19. c. 24. operatur iſta dictio, ſine aliquo extrinſeco, Corn. in ſupracitato conſ. 165. num. 24. & ab omni neceſsitatis obſeruantia, & ſolemnitate abſtractum, quemadmodum ſentit Bal. in c. quæ in Eccleſiarum, col. 2. nu. 4. verſ. ibi liberam, extr. de conſtit. text. in l. 1. ff. de teſtament. milit. Marc. Ant. de Amat. deciſ. March. 53. num. 3. 4. & 5. & deniquè Tiraquell. in præcitat. loco eod. num. 135.

3 Adiecta in facultate alicui conceſſa de conferenda aliqua re, importat, vt facultas illa

non

non reſtringatur ad certum genus perſonarũ, argum.text.in l.nec ſolum, & in l.imò, ff. de opt.leg. Bald.in tract.de Schiſmatic. poſt. tit. C.ſi quis aliq.teſt.prohib.num.12. & in l.final. §.ſed, & ſi quis, num. 26. C. com. de legat. & fuit dictum in Valliſoletana Præeminentiarũ 24.Nouembris 1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio.

4 Item appoſita in venditione importat immunitatem ab omni obligatione, l.nõ dubito, §.liber autẽ populus, ff de capt. & poſtlimin. reuerſ. Tiraquell.in l.ſi vnquam, in verbo, Reuertatur, nu.135.C.de reuocan.donat. & fuſiùs Rota apud Farinacc. deciſ.669. nu.2. ibi, & Gratus huic venditioni, vol. 1.

DICTIO C. XVII.

LICET.

IMplicat iſta dictio caſum dubitatiorem, ſicut dictio, etiam, Nauarr. in Commentar. de vſur. gloſ. 15. nu. 97. Polyd. Rip. in tractat.de nocturn. tempor. cap.78. num.4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Linea, quomodo, & qualiter intelligatur.*

DICTIO C. XVIII.

LINEA.

1 Linea, eſt dictio collectiua perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens, ſecundum Ioan. Andr. in ſuo Commentar. ſuper arbore affinitat. probatur in l.ſtęmmata, ff. de gradib. Bald. conſ. 334. num. 9. part. 3. Surd. cum alijs ab eo relatis conſ. 344. nu. 14. lib. 3. & Caſtren. conſ. 111. nu. 4. part. 1.

Quę quidem dupliciter intelligi poteſt, ſcilicet, de linea recta, & de inflexa, ideſt, tranſuerſalis. Recta duplex eſt, aſcendens, & deſcens; tranſuerſalis ſimiliter, videlicet, ſuperior, vt Patruus, Amita, Auunculus, & Matertera, & deſcendens, ſeù procedens. vt Frater, Fratris filius, Soror, Sororis filius, &c. Bald. conſ. 321. in princ. vol. 1.

Tu verò ſume communem concluſionem, vt quotieſcunque ſit mentio de huiuſmodi dictione, in dubio intelligatur de linea recta, non inflexa, vel obliqua, argum. l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. ſubſtit. & Bald. vbi ſupra, & plura apud eundem in conſ. 334. nu. 6. 7. 8. 9. & 10. vol. 3.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Longum tempus, denotat ſpatium decem annorum.*

2 *Obliuio præſumitur etiam in facto proprio ſpatio decem annorum.*

DICTIO C.XIX.

LONGVM TEMPVS.

1 QVæritur quot temporis ſpatium denotet iſta dictio, Longum tempus, & dic ſpatium decem annorum, vt probatur ex Rubric C.de præſcript. long.tempor.& notat Alex.in l. ſi finita, §. ſi vectigalibus, ff. de damn. infect. col. 2. vbi allegat multas concordantias.

Idemq.tempus ſignificant etiam dictiones, diù, & diutiùs, & diuturnus, Bart.in l.de quibus, col.5.ff.de leg.l. diutina, C.de præſcript. long. tempor.

Et quoniam loquimur de ſcientia tempo-
2 ris non erit inutile ſcire, quod etiam in facto proprio ſpatio decem annorum præſumitur obliuio, Seraphin. deciſ. 1439 per tot. part.2. gloſ.& Doct.in l.1. C.de ſeru. fugit. & Petr. Gherard. ſingul. 18. nu. 4.in fin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Magis, ſtat comparatiuè, & electiuè, & num. 2.*
3 *Declara.*
4 *Modus cognoſcendi, vtrum ſtet comparatiuè, vel electiuè.*
5 *Ponitur quandoq. pro dictione, Minùs.*

DICTIO C.XX.

MAGIS.

1 STat quandoq. dictio iſta comparatiuè, l. magis putò, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. gloſ. in l. ſi conſtante, §. quoties, ff. ſolut. matr. & in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſſ. & alibi ſæpè.

2 Quandoq. electiuè, l. etſi fortè, §. hæc actio, ff. ſi ſeru. vend. l. 1. cum ibi notat. C. comm. diuid. gloſ. in l. iubere, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. Rip. in l. ſtichus, qui meus erit, num. 18. ff. de legat. 1.

3 Sciendum tamen eſt, quod quando ponitur inter contraria, ſeu incõpatibilia, ſtat electiuè, l. & magis, ff. de ſolut. quãdo verò inter cõpatibilia, ſtat cõparatiuè, ità dixit Iaſ. in d. l. iubere, col. 7. referens ibi Bald.

4 Mo-

4 Modus verò cognoſcendi, vtrum ſtet comparatiuè, vel electiuè, traditur à Bal. in allegata l.iubere, vbi Iaſ.col.6. & in l.tranſactione finita, C. de tranſact.

5 Ponitur etiam aliquando prò dictione, Minùs, l. properandum, §. final. C.de iudic. l.2. §.1. ff. vi bon.rapt.gloſ. in d.l.ſtichus,in princ. & in l.conſimili, §.final.de curat. furioſ.

SVMMARIVM.

1 *Magnus, dictio, quid denotet.*

DICTIO C.XXI.

MAGNVS.

1 Dictio, Magnus, denotat improprietatem quandam, vel extenſionem ad ſecundum quid, quæ non fit in ſtatutis ponentibus aliquam exceptionem contra ius commune: vt eſt text. in l.iubemus, §. final.C. ad Trebellian. & hoc corroboratur ex his, quæ notat Bald.in l.vxor, C. qui accuſ.non poſſ. & Alex. in conſ. 97. nu. 5. lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Maximè, ponitur comparatiuè.*

2 *Quan-*

2 *Quandoq. abundat.*
3 *Item eſt implicatiua.*
4 *Secùs ſi ponatur poſt genus ſpeciem includens.*
5 *Importat idem, quòd præſertim.*

DICTIO C.XXII.

MAXIME.

1 Iſta dictio ponitur, quandoq. comparatiuè, l. filius familias, ff. de condit. & demonſtr. l. Prouinciarum, C. de fer. Gemin conſ. 6. num. 4. verſ. dictio etiam, Maximè.

2 Quandoq. verò abundat, l. vltima, circa princ. C. de teſtam. l. ea quę, de reſcind. vendit. Cagnol. in l. non poteſt videri, nu. 5. ff de regul. iur. Iaſ. in l. qui ſe patris, col. 10. C. vnd. liber. Secùs ſi ponatur aduerbialiter, quia tunc habet vim reſtringendi, arg. eius, quod dicitur in l. quod ſi minor, in fin. & ibi etiam gloſ. in §. Sceuola, ff. de minor. l. pater, §. et ſi pecunia, ff. eod.

3 Eſt etiam implicatiua, vt notat gloſ. in l. illud, verſ. æſtimamus, ff ad leg. Aquil. in c. ad abolendam, de fil. Presbyt. & in c. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælat. tradit Alex. in conſ. 47. nu 6. lib. 3. Pariſ. in conſ. 292. nu. 17. lib. 1. Alberic. de Roſ. in diction. in verbo, Maximè, Corn. in conſ. 69. num. 2. vol. 1.

vol. 1. in conſ. 14. num. 2. vol. 3. in conſ. 329. num. 8. vol. 1. & in conſ. 21. num. 12. vol 2. & Rota apud Farinacc. in deciſ. 257. num. 4. vol. 2.

4 Secùs autem eſt, ſi ponatur poſt genus ſpeciem includens, eo enim caſu non denotat implicationem, auth. habita, C. ne fil. pro patr. facit text. in l. et ſi maximè, ff. de ſeru. legat. gloſ. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. vbi not. Florent. Surd. conſ. 330. num. 24. lib. 3. & Abb. in c. chariſſimus, num. 8. de conuer. coniug.

5 Et importat idem, quòd dictio. prçſertim, Gemin. conſ. 16. n. 4. in fin. Calderin. conſ. 548. de verbor. ſignificat.

DICTIO C. XXIII.

MEVM.

NAtt. in conſ. 675. num. 3. tom. 4. refert, hanc dictionem appoſitam in vniuerſali diſpoſitione, non reſtringere vniuerſali diſpoſitum. eſt enim dictio, quæ adiecta perſonæ, facit vt comprçhendantur, quæ alias in diſpoſitione non comprçhenderentur, l. Quintus, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. & eſt demonſtratiuè temporis præſentis, Corn. conſ. 104. ſub num. 4. vol. 4.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Moderatio, accipitur pro gubernio.*
2 *Significat moderationem faciendam arbitrio Iudicis.*
3 *Cataldinus de Boncompagnis Auctoris Conciuis laudatur.*
4 *Borſius I. Ferrariæ Dux nominatur.*
5 *Ardicinus S. R. E. Cardinalis à Porta familiariſſimus præfati D. Cataldini.*
6 *Ludouicus de Viſſo Iuriſconſultus laudatur.*

DICTIO C. XXIV.

MODERATIO.

1 SVmitur dictio iſta pro gubernio, vt quando dicimus, moderante domino, ideſt, gubernante; quemadmodum benè colligitur, ex textu in l. final. C. de iudic. ibi, ſi autem non eſt moderator Prouinciæ in præfato loco, & in l. final. C. de pedan. iudic. ibi, ſuperfluum eſt moderatorem expectare Prouinciæ; ita etiam interpretatur Archid. in c. ſtatutum, num. 6. de præben. & dignitat. lib. 6.

2 Significat etiam diminutionem quandam faciendam arbitrio Iudicis, vt eſt text. in c. final. de verbor. ſignificat. Anchid. in d. cap. num. 2.

num. 2. & ita tradit practicus Doctor, & Co-
3 mes D. Cataldinus de Boncompagnis Conciuis meus in ſuo aureo Tractat. de Syndicat. q. 184. n. 121. Vir quidem (ſi paululùm digredi mihi licèt) virtutum omnium, & legum præſertim eximius, antiquitatis ſimul, & nobilitatis præclariſſimus, cuius antiquiores, Comites olim fuiſſe Caſtri Maceretæ ſub Viſſi communis patriæ iuriſdictioni poſiti, nemo eſt quin neſciat: Tractatum Tranſlationis Sacri Concilij Baſileæ, Tractat. ſupracitatum de Syndicat. Concilia Criminalia compilauit, typiſq. deprompſit, & Volumen etiam Conſiliorum Ciuilium perfecit, quod adhuc in lucē
4 æditum non eſt. Fuit generalis Auditor totius Status Borſi I. Ducis Ferrariæ, Muti-
5 næ, & Regij, ac familiariſsimus Ardicini primi S. R. E. Cardinalis à Porta Nouarienſis, & poſt multa ab ſe onera, ac ſeptuaginta, & vltra Officia doctè perfuncta, vt recenſet Bart. Soccin. in conſ. 24. num. 9. vol. 1. quatuor de centum annos agens, honorificè obijt, cuius virtus ad memoriam ſempiternam poſtero-
6 rum vigebit, vnà cum Ludouico per antonomaſiam, de Viſſo nuncupato Iuriſconſulto antiquiſsimo, & celeberrimo, quem præ cæteros refert Bertach. in verbo, poſſeſsio ſecundum, part. 4. fol mihi 109.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Modo, eſt dictio, demonſtratiua præſentis temporis.*
2 *Importat idem, quod dictio, nunc.*
3 *Et nullam dilationem admittit.*
4 *Accipitur, taxatiuè.*
5 *Interdùm ponitur, pro aliquando.*

DICTIO C.XXV.
MODO.

1 MOdò, eſt dictio, demonſtratiua præſentis temporis, prout benè colligitur ex text. in princip. Inſtit. de rer. diuiſ. ibi modò videamus.

2 Importat idem, quod dictio, nunc, l. 1. ff. de cond. indebit. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de
3 tutel. & ration. diſtrahen. nullamq. dilationem admittit, ſed denotat aliquid eſſe faciendum, nulla interpoſita mora, l. ſcimus, C. de in offic. teſtament.

4 Accipitur taxatiuè, & pro tantummodo, vel ſolummodo, l. final. C. de offic magi. milit. l. fructus nõ, in prin. & ibi gloſ. ff. de rei vẽdicat.

5 Et interdùm ponitur pro aliquando, text. in §. is quoquè, & ibi gloſ. ibi, ſed ſanè huic modo, Inſtit. quod cum eo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mox, dictio appoſita in lege, quid denotet, & num. 2.*

DICTIO C.XXVI.

MOX.

1 APpoſita dictio, Mox, in aliqua lege, denotat excuſationem fieri ipſo iure; vt eſt gloſ. in auth. de inceſt. nupt. circa princ. in verſ. imminere, & ibi plenè Bart. qui infert, excuſationem, de qua in l. ſi quis maior. C. de tranſact. fieri ipſo iure, non per ſententiam, ſed propter dictionem, mox, ibi poſitam, Corn. conſ. 226. nu. 4. vol. 3.

2 Aduertendum tamen eſt, quod licèt non requiratur ſententia diffinitiua, requiritur nihilominùs ſententia declaratoria, quæ declaret, talem incidiſſe in tali crimine, text. in c. cum ſecundum, de hæret. lib. 6. Doctor. in l. poſt contractum, ff. de donat. & Anton. Corſett. in repetit. Rubric. de iur. iur. in 3. priuil. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Multa, dictio, in quot verificetur.*

DICTIO C. XXVII.

MVLTA.

1 QVæritur in quot perſonis verificetur iſta dictio, Multa, dic quod in duobus, vel tribus: vndè ſi quis dixerit, multos adeſſe, multos veniſſe, &c. Etiam in binario, vel ternario nomine verificari poteſt, l. 1. §. hoc reſcriptum, & ibi Bart. ff. de Sen. Conſult. Syllan. §. final. Inſt. de iur. perſon. gloſ. in c. ad noſtram, in verbo, per multos, de reb. Eccleſ. non alien. Natt. conſ. 649. nu. 12. tom. 4. Dec. conſ. 429. nu. 18. tom. 4. Rolan. à Vall. conſ. 54. num. 2. & ſeq. lib. 1. & Hond. conſ. 102. nu. 71. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Nam, ponitur pro, quia, & denotat continuationem, & num. 2.*

DICTIO C. XXVIII.

NAM.

1 REgulariter dictio, Nam, ponitur pro, quia, Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem, ff. de condit. & demonſtr. l. final. ff de dol.

dol. except. Et denotat continuationem, l. nam Imperator, ff. de legat. 1. l. nam, & ipſum, ff. de iuſt. & iur. l. nam ita Diuus, de adoption. l. 2. C. rer. amot. & tradit Alberic. in ſuo diction. in verbo, Nam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ne, an inducat modum, vel conditionem, & in dubiò quid ſignificet.*

2 *Ponitur quandoq. pro, an, & alijs modis.*

DICTIO C. XXIX.

NE.

1 QVæritur vtrum dictio, Ne, inducat modum, vel conditionem; & ſecundum text. in l. cum tale, §. Titius, ff. de condit. & demonſtrat. quandoq. inducit modum, quandoq. cōditionem. Nam aut per huiuſmodi dictionem apponitur aliquid explicādum, antequam quis conſequatur emolumentum, & tunc conditionem inducit; aut aliquid explicandum poſt emolumentum conſequutum, & inducit modum, gloſ. in l. cum pater, §. Titio fratri, ff. de legat. 2. Alex. in l. qui abſenti, §. ſi quis, ff. de acquir. poſſeſ.

In dubiò autem videtur, quod faciat modū,

L 2 vt

vt in d. §. Titius, & Bart. in d. l. qui abſenti, §. 1. nu. 2. Corn. conſ. 287. nu. 4. vol. 4.

2 Ponitur quandoq. pro dictione, an, l. vltim. ff. de iur. delib. quandoq. pro, et, l. omnium, ff. de vſufruct. aliquando pro, non, l. final. C. vbi, & apud quos in integr. reſtit.

SVMMARIVM.

1 *Nec, dictio, eſt copulatiua, & continuatiua praecedentium.*

DICTIO C. XXX.

NEC.

1 Dictio, Nec, copulat, continuat praecedens dictum, & ſtat declaratiuè ad praecedentia, l. nec quicquam, ff. de offic. Proconſ. & lega. Socc. conſ. 10. n. 5. vol. 3. Pariſ. conſ. 111. num. 25. vol. 1. Roland. à Vall. conſ. 80. nu. 56. tom. 3. Iaſ. in l. miles, nu. 18. de re iudic. Hond. conſ. 14. nu. 81. vol. 2. Bart. in l. ſæpè, de verbor. ſignificat. & ibi Dec. & in l. nec emancipati, C. de collat. Bou. de Stat. Vrb. præſcript. gloſ. 16. num. 6. text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem aureos, ff. de verbor. ſignificat. & ibi notant Doctor. Ruin. conſ. 119. numer. 2. vol. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Necnon, dictio, reſoluitur in copulam.*

DICTIO C.XXXI.

NECNON.

1 RESoluitur dictio iſta in copulam, et, repetitq. omnes qualitates præcedentes, Bart. in l. Sejo, §. Caio, ff. de fid. inſtrument. Neuizz. conſ. 72. nu. 14. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 132. num. 5. de reb. Eccleſ. non alienan. Rot. in Leodien. Domus Clauſtralis 23. Martij 1615. coram R.P.D. Caualerio, relat. per Farinacc. deciſ. 668. nu. 1. vol. 1. & 18. Aprilis 1616. coram R.P.D. Remboldo.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Negatiua, omnia excludit, etiam minima.*
2 *Item requirit concurſum omnium particularium.*
3 *Appoſita verbo, Poteſt, quid importet.*
4 *Ponitur propriè, & impropriè.*

DICTIO C.XXXII.

NEGATIVA.

1 Dictio vniuerſalis Negatiua putà, nullum, omnia excludit etiam minima, gloſ. in c.ſtatutum, in verbo, nullum, de reſcript. lib. 6. in c. nemo poteſt, in gloſ. 2. de regul. iur. lib 6. Gemin. conſ 35. col. 1. in fin. Crauett. cum alijs per eum allegatis conſ. 294. nu. 6. part. 2.

2 Et requirit concurſum omnium particularium, alias oratio redderetur falſa, l. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Natt. conſ. 629. num. 3. tom. 3.

3 Appoſita autem verbo, poteſt, importat omnem impoſſibilitatem, priuat potentiam, & inducit neceſſitatem præciſam, l. nemo poterit, ff. de fur. l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. cum ſimil. allegat. per Bald. in l. 1. nu. 46. C. qui admitt. gloſ. ordin. in c. 1. verſ. non poteſt; de regul. iur. in 6. Bart. in l. final. nu. 7. & poſt alios Iaſ. nu. 24. ff. de fur. idem Bart. in l. de his, nu. 4. ff. de tranſact. & in l. cum lex, ſub num. 6. ff. de fideiuſſor. & pleniùs in l. Gallus, in princ. nu. 1. & 4. & alij præcipuè Iaſ. ſub nu. 16. & nu. 71. cum ſequent. ff. de liber. & poſthum. Bal. in l. 1. ff. de iniuſt. teſtament. Abb. in c. 1. in vlt. notab. de cau. poſſeſſ. & proprie. & in c. 1. in 2. notab.

de

de fid. inſtrument. idemq. Abb. & Felin. in c.quanto, in princ.de præſumpt.Dec.in l.pacta quæ contra,nu.10.C.de pact.& ibi Iaſ.n 7. in l.non dubium,nu.60.C.de leg.& in l.ſtipulatio iſta, §. alteri, nu.17. ff. de verbor. obligat. Rip.& Iaſ.in l. 1. in 1. notab. eod. tit. deniquè, Alex.in conſ.77.nu.2.& 3.vol.3. & Staphil. de liter.grat.in tit.de vi, & effect. clauſul.nu.10.

4 His ita poſitis, poni etiam dictionem iſtam quandoq. propriè, quandoq. impropriè, dicit text.in l.in perſona, in princ. ff.de pact.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nempè, eſt affirmatiua, & ſimilis dictioni, Certè, & Planè.*

DICTIO C.XXXIII.

NEMPE.

1 AD affirmandum aliquid vtimur ſæpè iſta dictione, Nempè, quæ eſt affirmatiua, & denotat idem, quod certè, l. ſed etſi inter me, ff. de ſeruitut. vrban. præd. & eſt ſimilis dictioni, planè, l.finali, ff.de iur. Fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nequè, quid requirat.*

DICTIO C. XXXIV.

NEQVE.

1 REquirit iſta dictio concurſum, vtriuſquè, & continet in ſe copulatiua, l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos, ff. de verbor. obligat. l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. Alex. conſ. 92. num. 14. lib. 3. & notat Bart. in l. quidam teſtamento, ff. de vulgar. & pupillar.

SVMMARIVM.

1 *Nihil, eſt dictio, vniuerſalis negatiua.*

DICTIO C. XXXV.

NIHIL.

1 NIhil, eſt dictio vniuerſalis negatiua, text. eſt in l. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. & in l. 2. ff. comm. diuid. Hond. conſ. 40. nu. 12. vol. 2. l. qui foueas, ff. ad leg. Aquil. l. quod ſæpè, in princ. ff. de contrahen. empt. Dec. conſ. 442. num. 32. tom. 2. Alex. in l. qui vſumfructum, col. penult. in fin. ff. de verbor. obligat. & in conſ. 58. col. 1. & in conſ. 173. nu. 10.

nu.10. vol.6. Cephal.conſ.86.nu.13. lib.2.Iaſ. in l.1. nu.82. ff. de vulgar.& pupillar.Roland. conſ. 27. nu.26. tom. 4. cum alijs ibidem, Roman.conſ.379.nu.2.Crauett.conſ.294.n.6. Marc.Ant.de Amat.deciſ.March.39. num. 2. & Menoch. conſ. 164. nu. 3. vol. 1.

DICTIO C.XXXVI.

NIHILOMINVS.

AVget dictio iſta diſpoſitionem, eamq. præciſam reddit, l.final. §.fructus, iunct.gloſ. in verbo, nihilo magis, ff.qui in fraud. credit. l.qui in poteſtate, in fin.ff.qui teſtam. fac.poſſ. Gonzal.ſuper regul.8. §. 7. prœem. num. 124.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Niſi, diuerſimodè concipitur, vt infrà, cum num.ſequent.*

DICTIO C.XXXVII.

NISI.

1 IN hac dictione ſume, cõmunem cõcluſionẽ, quod quando præcedit oratio affirmatiua, tũc excipiat;quãdo pręcedit negatiua,tũc po

nat,

nat, ita Bart, & Doctor. in l. actione, C. de tranſact. Dyn. in regul. peccatum, de regul. iur. in 6. Bart. in l. ſi eum, §. final. ff. ſi quis caut. Grat. conſ. 80. n. 20. lib. 1. quorum opinioni nō abſentire vidētur, Dec. in conſ. 386. n. 2. tom. 2. Grat. in conſ. 135. n. 2. lib. 2. Bald. in conſ. 248. nu. 3. vol. 1. Alex. in conſ. 83. nu. 3. vol. 1. Aret. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi Crot. & Coraſ. nu. 1. ff. de verbor. oblig. Andr. Gaill. obſeruat. 82. nu. 22. lib. 1. Surd. deciſ. 225. n. 19. & deciſ. 264. n. 17. cū alijs ibid. & Rot. in Romana Concordię 13. Nouem. 1609. coram R.P.D. Caualerio.

2 Quapropter ſi pręcedit oratio affirmatiua, denotans potentiam, dictio, niſi, denegat potentiam, ſi actum, negat actum, & ita etiam in oratione negatiua.

3 Ex quo inferas, quod ſi dico, promitto quod nulli poſſim vendere niſi tibi, potes me illo caſu cogere ad vendendum, quandiù alij non vendo, virtute illius verbi, poſſim, quod denotat potentiā, vt eſt text. in l. ſi ſterilis, §. penultim. ff. de actio. empt.

4 Secùs eſt ſi dicam, quod nulli tenear, niſi tibi vendere, quia tunc actum denoto, & potes me ſtatim cogere; de hoc vide Abb. in c. ex parte, de ſponſal. in fin. vbi ponit exemplum, quo ſi quis dicat alicui puellæ, promitto nullam aliam habere in vxorem niſi te, eſt conſumatum matrimonium, quod confirmat Petr.

Gherard.

Gherard. in ſuis ſingular. ſingul. 46. num. 1.

5 Rursùs appoſita in ſtatuto, & poſt orationem negantem potentiam diſponendi, intelligitur permittere potentiam diſponēdi, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, l. Titia, & ibi Angel. §. final. ff. de manumiſſ. teſtam. notat Bart. in d. l. actione, & in d. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, Oldrad. & Bar. in l. Athletę, §. dat remiſſionem, ff. de excuſat. tut. Bald. in auth. niſi rogati, col. 1. C. ad Trebell. cum ſimil. Alex. conſ. 227. num. 11. lib. 6.

6 Interdùm verò eſt conditionalis, maximè relata ad futurum tempus, l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtrat. Rolan. conſ. 49. num. 14. tom. 3. Grat. conſ. 48. num. 6. & conſ. 138. num. 7. lib. 1. Socc. Iun. conſ. 49. n. 18. vol. 2. & conſ. 134. nu. 16. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nunquam, eſt vniuerſalis negatiua, & nullam recipit reſtrictionem, & num. 2.*

DICTIO C.XXXVIII.

NVNQVAM.

1 NVnquam, eſt dictio vniuerſalis negatiua, compræhendens omnem caſum, & omne

tempus,

2 tempus, l. prouidendum; §. 1. vbi gloſ. C. de poſtul. nullamquè recipit reſtrictionem, cum ſit indefinita, Crauett. conſ. 194. num. 6. Cephal. conſ. 171. num. 15. Socc. Iun. conſ. 116. num. 52. vol. 1. & æquipollet dictionibus vniuerſalibus negatiuis, l. ſi pluribus, ff. de legat. 2. l. Iulianus, in princip. ff. de legat. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nomen, ponitur pro familia.*
2 *Et conuenit nomini proprio, & appellatiuo.*

DICTIO C. XXXIX.

NOMEN.

SI quis ad denotandam familiam ſuam ſub hac dictione, Nomen, vetuerit hæredi in teſtamento fundum aliquod venũdari, ne de nomine ſuo exeat: vel in marmoreis inſcriptionibus, ſicut in ſepulturis, vel in Cappellis Eccleſiarum dicat. Hæc ſunt arma, ſeu gentilitia nominis mei, rectè intelligendum eſt, familię meæ; & quod ſupra dixi, ne de nomine ſuo
1 exeat, ideſt, de familia ſua: quia dictio nomen, ponitur pro familia, l. pater filium 36. §. fundum iunct. gloſ. in verbo, nomine, vbi exponitur, ideſt, familiæ, ff. de legat. 3. l. cum ita

ita legatum, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. gloſ. in l. his qui cum plures 92. in verbo, ne de nomine ſuo, ff. de legat. 3. Natt. conſ. 675. num. 3. tom. 4.

2 Et conuenit tàm nomini proprio, quàm nomini appellatiuo, Bart. in l. turpia, §. final. ff. de legat. 1. & poſt Angel. & alios in l. antepenult. de duob. reis, tradit Socc. in l. nominatim, ff. de condit. & demonſtrat. Iaſ. in l. Imperator, ff. de legat. 1. & Grat. in conſ. 5. num. 60. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Nominatim, dictio, importat idem quod, Specialiter.*

DICTIO C. XL.

NOMINATIM.

1 IDem eſt dicere, Nominatim, ac ſpecialiter, quia idem importat, l. 2. de liber. & poſthum. l. hæres ſeruus, cum gloſ. de euiction. Modern. Roman. de diſceptat. foren. c. 97. to. 1. Sicut etiam dicimus de dictione, expreſsè, quę accipitur pro ſpecialiter, Dec. conſ. 10. col. 4. ad fin. verſ. nam cũ agatur de corrigendo, to. 1. Angel. in §. illud autẽ, auth. de trient. & ſemiſſ.

& So

& Seraphin.de priuileg. iurament. 111. nu. 4. verſ. ſed ego reſpondeo.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Non, eſt negatiua.*
2 *Ponitur aliquando conuerſiuè, & num. 3.*

DICTIO C. XLI.

NON.

1 REgula eſt, quod dictio, Non, negat, &
2 negatiuè ſumitur: aliquando tamen ponitur conuerſiuè, vt in iudicium trahere non eſt neceſsè, ideſt, neceſsè eſt non trahere; ità exponitur in l. 1. ff. de in ius vocan.
3 Aduertè tamē, alium eſſe ſenſum, huiuſmodi dictione præmiſſa, alium, ipſa poſtpoſita, vt ſi dico, non credo Sempronium non viuere, ſequitur quod eum credam mortuum, l. quædam, ff. de rei vendic. & notat Archidiac. in c. ſi contra vnum, extr. de offic. de leg. in 6.

DICTIO C. XLII.

NVNC.

DIctio, Nunc, tollit omnem temporis dilationem, text. in l. ſumus, §. cur autem, & ibi

& ibi notant Scribentes, C. de in offic. teſtam. in l. 3. ff. de condit. & demonſtrat. Inſtit. de obligat. in princip. l. contra rogatus, num. 1. C. ad Trebell. & Pariſ. in conſ. 105. nu. 30. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Nullus, eſt dictio vniuerſalis negatiua.*
2 *Aliquando accipitur pro dictione, Aliquis.*

DICTIO C.XLIII.

NVLLVS.

1 NVllus, eſt dictio vniuerſalis negatiua, ſicut dictio, nihil, etſi in vno falſificatur, tota oratio dicitur eſſe falſa, c. ſi Romanorum 18. diſtinct. ad notat in l. ſi is qui ducenta, §. cum ita, ff. de reb. dub. Gozad. conſ. 51. num. 23. Corn. conſ. 70. num. 12. lib. 2. Caputaquen. deciſ. 283. num. 2. par. 3. argum. c. ſolitæ, de maiorit. & obed. idemq. Corn. conſ. 37. num. 22. lib. 3.

2 Aliquando fallit, & accipitur pro dictione, aliquis, quæ non eſt vniuerſalis negatiua, Bart. conſ. 117. incipien. Niccarellus q. Cecchi de Caſtro Plebis, vbi concludit, dictionem, nullus, quandoq. poni pro dictione, aliquis, & ad corroborationē allegat text. iunct. gloſ. in

in verbo,patri,& in l.2.§.1.ff.de verbor. oblig. vbi habetur, nulla parte, ideſt, aliqua parte, quibus adde Corn. in conſ. 180.nu. 14. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nullatenus, importat nullitatem actus ipſo iure, & eſt vniuerſalis negatiua.*
2 *Diſpenſatio tollitur per dictionē, nullatenus.*
3 *Item hæc dictio, habet vim decreti irritantis.*

DICTIO C.XLIV.

NVLLATENVS.

1 Dictio, Nullatenus, importat nullitatem actus ipſo iure, gloſ. in auth. ſi qua mulier, in verbo, nullatenus, per illum text. C. ad Velleian. quam ſequuntur Card. in c. ſuper literis, num. 5. in fin. & ibi Barbat. nu. 82. verſ. vim etiam, de reſcript. Gramm. conſ. crimin. 3. num. 12. Rot. deciſ. 24. nu. 2. par. 2. diuerſ. & eſt vniuerſalis negatiua, vt voluit Roman. in conſ. 326. col. vltim. Imò eſt talis naturæ, vt omnimodam nullitatem ſignificet, Franc. Aret. in l. 1. col. 4. ff. de teſtament. Rolan. conſ. 57. num. 50. & 51. tom. 3. Ruin. conſ. 30. num. 3. vol. 5. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, Reuertatur, nu. 95.

C. de

C.de reuocan. donat. ſecundum quem habet etiam vim latæ ſententiæ, & ad id multos latiſſimè allegat.

2 Quinimò per hanc dictionem tolli diſpenſationem, firmant idem Tiraquell. cum alijs per eum cumulatis in proximè citato num. circa med. Alex.in l.final.C.de teſt. milit. Iaſ. plenè in l. ſcriniarios, eod. tit. & eſt gloſ. in Clement. 2. verſ. concedatur, & verſ. nullo modo, de ætat. & qualit.

3 Eamq. habere virtutem decreti irritantis, poſt Doct. tradit Imol.in Clement. 1. nu.20. verſ.ex hoc nota,& ibi Card.in §. ſi quis autẽ, ſub nu.6. Iaſ.alios allegans in d. l.ſcriniarios, n.9.Gramm.in citat.conſ.n.13.latè Felin.in c.ex literis,n.7.in quinto caſu,de conſtit.Rot. deciſ.24.n.4.par.2.diuerſ.Rolan.cõſ.27. n.11. & 12.tom.4.gloſ.in auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. Card.Florent.in Clemen.1.§.ſi quis autem, de ſequeſtr. poſſ. & ibi Ant. & Imol. qui dicunt, hanc dictionem eſſe tanti roboris, vt habeat vim decreti irritantis, & tollat poteſtatem in contrarium diſponentis, & hoc idem voluit Archidiac. in c.quoniam, in verbo, nullatenus, de immunit. Eccleſ. Anchar. conſ.170.nu.2. Bou.de Statut.Vrb. præſcript. gloſ.17.num.1. & Tiraquell. loco ſupracitato nu. 96. in fin. vbi plura de hac dictione latiùs vide.

SVMMARIVM.

1 *Ob, dictio, ſignificat cauſam, & num. 2.*

DICTIO C.XLV.

OB.

1 HÆc dictio, Ob, ſignificat cauſam, §. ſanè, in prœem. Decretal. text. in l. 1. ff. quod vi aut clam, in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, ff. ſolut. matrim. Surd. conſ. 223. nu. 5. lib. 2.

2 Et ſignificat cauſam remotam, & mediatam, l. 1. §. nunc videamus, in fin. ff. de coniungen. cum emancipat. lib. Bald. in l. 1. C. ſi ſeru. exter. Bart. in l. non dubium, col. fin. C. de leg. & Ruin. in conſ. 84. nu. 7. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Occaſio, denotat cauſam remotam, & impulſiuam.*

DICTIO C.XLVI.

OCCASIO.

1 ISta dictio, Occaſio, denotat cauſam remotam, & impulſiuam: vndè ſi Pater legauerit

gauerit filiæ centum occaſione dotis, non intelligitur legatum conditionale pro dote, ità vt expectari debeat tempus matrimonij, ſed ſimpliciter debetur, quia hæc dictio denotat cauſam impulſiuam, nõ finalem, Bal. conſ 237. nu. 4. & 5. verſ. vlteriùs quæritur, lib. 1. Corn. conſ. 153. nu. 5. & 6. lib. 1. Felin. in c. ſolitæ, de maior. & obedient. nu. 2. & ibi Ioan. Andr. & eſt latiſſima quamlibet occaſionem ſine ratione compræhendens, Bald. conſ. 119. nu. 7. verſ. ſed contra hoc, lib. 2. Angel. conſ. 288. nu. 3. verſ. illud enim verbum, Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 12. de conſtitut. & plura de hac dictione, vide Felin. in d. c. ſolitæ, & Corn. in præcitat. conſ. 153. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Omnis, eſt vniuerſalis nihil excludens, habetq. varias ſignificationes, quæ pro viribus declarantur, vt in num. ſequent.*

DICTIO C. XLVII.

OMNIS.

1 Omnis, eſt dictio vniuerſalis nihil excludens, l. Iulianus, ff. de legat. 3. Rolan. conſ. 87. nu. 8. vol. 2. l. à procuratore, C. mãdat.

Dec. conſ.30.nu.4. tom. 1. l.omnia, in princ. ff. ſi cert. petat. Honded.conſ.76.nu.33.vol.2. Surd.conſ. 179.nu.17.lib.2. & conſ.424.n.17. lib 3. Doctor.in l.1.ff.de legat.1.Bart.in l.omnia priuilegia, C. de Epiſc. & Cleric. Ruin. conſ. 76. nu. 9. vol. 1. Pariſ. conſ. 35. num.5. vol.1. Neuizzan. conſ. 71. num. 6. Rub. conſ. 135. n.3.Plot.de in lit.iuran.§.1.n.14.Crauet. conſ.294.nu.1. & ſeqq. Natt. conſ.160.nu.24. tom.1. Rolan.conſ.54.nu.44.vol.3. Surd.conſ. 570.num.3.lib.4.Pariſ.conſ.92.num.6.lib.1.& Mandoſ. in tract. de priuil.ad inſtar, gloſ.14. nu.6. Contrarium tamen tenet in nu. 12.

2 Imò quod magis eſt propter ſuam generalitatem complectitur ea, quæ alias non includerentur, vt patet ex notat. per Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. legat. Natt. d. conſ.160. num.29.Grat.conſ.65.num.3.lib.2. & alij ibidem, & conſ. 5. num. 59. eod. lib. latè Surd. conſ. 453. nu.44. lib.3. & conſ.466. num.25.lib.4. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 45.nu.14.lib.1. & c. 138.nu.33. lib.2. Anchar. quæſt. 72.nu.32. par.1. & quæſt.7. nu.2.par.2. Roland. d. conſ.87. num. 8. & ſequent. Surd. deciſ.255.nu.8.& Maſcard.de probat.concluſ. 148. ſub num. 9. vol. 1. Et eſt adeò vniuerſalis, vt prolata ab homine, nullam recipiat reſtrictionem, Bart. in d. l. generali, §. vxori, Ruin. in conſ.61. nu.15. vol.5. Roland.& alij

eum

eum ſequentes in conſ. 27.num.22.& ſequent. & in conſ. 76. num.49 tom.4. Hinc ergò vulgata regula. Qui omne dicit, nihil excludit.

3 Quam quidem dictionem licèt in l.moſchis, in princ.ff.de iur.Fiſc. plurium collectiuam appareat, non tamen reperitur, quod inducat Collegium, atquè adeò actus attribuatur vti Collegio, & non vti ſingulis; colligit quidem iſtos, vt omnes præſentes, ſed quod propterea efficiat Collegium non videtur neceſſario ſequi; etenim iſta dictio, ſiuè in ſingulari, ſiuè in plurali numero concepta, capitur ſecundum ſubiectam materiam, & attribuit actum cuilibet in ſolidum, Bald. in l. 3. in prim. lectur. ff. de ſtat. homin. Silueſtr. Aldobrand. Inſtit. de iur. perſonar. in princip. num.17. Cæſar de Graff. deciſ.170.nu.5. & 6. de ſponſal. & matrim. Bart. & Imol. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. final. C. de li. ciui.lib.6. Neguſ. de pignor. membr. 1. part. 8. nu.49. & Corn. conſ. 237. num.3. vol. 3.

4 Vndè conſiderandum eſt, quod adiecta diſpoſitioni de futuro continenti conceſſionem noui actus, recipit reſtrictionem de habilitate, vt latè per Bart. Alexand. & Iaſ. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat. Et adiecta in generali obligatione bonorum,

reſtringitur ad bona, quæ habilia ſunt compræhendi in ea, non autem ad inhabilia, l. obligatione generali, ff. de pignor. Neguſ. de pignor. membr. 2. par. 2. num. 40.

5 Quibus enim diximus circa generalitatem iſtius dictionis, adde, quod nec in vno ſaluari nec adaptari poteſt, Corn. conſ. 103. nu. 6. conſ. 290. & conſ. 125. nu. 7. vol. 4. conſ. 245. nu. 12. vol. 1. conſ. 61. nu. 27. vol. 3. & conſ. 124. nu. 7. vol. 2. & deniquè Ruin. cum alijs per eum allegatis conſ. 104. num. 3. vol. 2.

DICTIO C. XLVIII.

OMNIA ALIA.

Effectus huius dictionis eſt, ſimilia expreſſis compræhendere, c. quid agendum, §. ſed ſi aliquis, vbi Gemin. nu. 12. Anchar. & alij nu. 2. de procurat. lib. 6. Lap. allegat. 70. num. 10. & 11.

SVMMARIVM.

1 ***Dictio, Omnimodo, eſt præciſa, & ſumitur alijs modis, vt infrà, cum num. ſequent.***

DI-

DICTIO C.XLIX.

OMNIMODO.

1 Dictio, Omnimodo, eſt præciſa, & intelligitur plenariè quoad alios denotans liberam poteſtatem, Clement. 1. §. eiuſdem, & ibi gloſ. in verbo, omnimodam, de for. compet. Felin. in c. auditis, nu. 7. verſ. adde etiam, de præſcript. Pariſ. conſ. 1. nu. 16. verſ. & vlteriùs, lib. 4. hanc opinionem tenuit etiam Rota in Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603, coram R. P. D. Pamphilio, Socc. Sen. conſ. 43. nu. 12. vol. 4. Angel. in l. Imperium, de iuriſdict. omn. iudic. Roman. in l. ſi duo, de acquir. hæred. l. qui bona, §. qui damni, ff. de damn. infect. Rolan. conſ. 75. nu. 13. to. 3. Gozad. & alij quos refert in conſ. 25. ſub n. 16. & latè tradit Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, Reuertatur, nu. 89. C. de reuocan. donat.

2 Et ſignificat indiſtinctè, & idem quod, totaliter, ſicut dictio penitus, text. & ibi gloſ. & Bart. in l. ſi cum exceptione, §. ſed quam, ff. quod met. cauſ. Rolan. conſ. 27. num. 24. tom. 4. cum alijs à ſe cumulatis, Grat. conſ. 160. num. 10. lib. 2. Felin. in cap. ex parte, il prim. circa princ. extr. de offic. de legat. & Phanucc. de Inuentar. par. 7. nu. 29.

3 Quæ quidem non ſolum eſt præciſa, ſed etiã apta comprehendere omnes ſpecies eius cui annectitur, Rota in Placentina Archidiaconatus 4. Maij 1574. coram Illuſtriſs. Card. Blanchetto, in Aſiſien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Reuerendiſs. Sacrato, & in Calagurit. Canonicatus 20. Iunij 1605. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto.

4 Intellige tamen, vt recipiat congruam interpretationem à iure cõmuni, vt tradit Ruin. in conſ. 8. num. 11. vol. 5. Rolan. conſ. 61. num. 55. tom. 2. & d. conſ. 75. num. 21. Bald. in l. final. C. de contrahen. emption. Dec. conſ. 356. num. 3. tom. 2.

5 Quando verò apponitur alicui verbo, facit, vt illud verbum capiatur vt genus, & per conſequens omnia in genere contenta, cenſeantur eſſe conceſſa, gloſ. in d. Clement. 1. in verbo, omnimoda, Felin in c. grauem, ad fin. de offic. ordin. & in d. c. auditis, nu. 13. Pariſ. conſ. 9. num. 3. lib. 1. & Caputaquen. deciſ. 297. num. 3. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Omninò, quam vim habeat demonſtratur, & num. 2.*

DI-

DICTIO C.L.

OMNINO.

1 HViuſmodi dictio eſt indefinita, & pręciſa, c. ſi Chriſtus, vbi Abb. & Bald. de iur. iur. l. ait prætor, §. ſi quis cum pupillo, ff. de his qui in fraud. credit. habetq. præciſam naturam, gloſ. & Doctor. in cap. ex parte, il prim. de offic. deleg. Bald. in l. final. in princ. C. de contrahen. emption. Dec. conſ. 1. nu. 5. tom. 1. cum alijs ibidem, & conſ. 582. nu. 2. tom. 2. Rolan. conſ. 84. num. 23. tom. 1. & conſ. 100. num. 144. tom. 4. Ruin. conſ. 150. num. 17. vol. 2. & conſ. 154. nu. 8. vol. 1. Gozad. conſ. 8. ſub num. 8. Grat. conſ. 66. num. 7. lib. 2. text. in l. 1. §. ſi pecuniam, cum gloſ. ff. depoſit. Bart. in conſ. 64. col. 4. lib. 1. & conſ. 45. col. 3. lib. 2. Iaſ. in conſ. 23. in fin. lib. 3. quorum opiniones firmat Durant. de art. teſtan. cautel. 8. num. 4. de var. teſtat. præcept. & corroborantur per text. in l. ſi cum exceptione, §. quatenus, & ibi per gloſ. & Doct. & præcipuè per Bart. ff. quod met. cauſ. Socc. conſ. 249. num. 17. vol. 2. Corn. conſ. 59. num. 10. vol. 2. Anchar. quæſt. 72. nu. 8. part. 1. Grat. conſ. 1. n. 33. & conſ. 9. n. 91. lib. 1. Mareſcott. var. reſolut. c. 25. n. 10. lib. 2. &

c. 51.

c.51.n.22.lib 1.& plenè Felin.in d.c.ex parte,

2 Atquè ità eſt præciſa, vt habeat etiam vim decreti irritantis, Bald. & alij relati per Lambert.de iur.patron.in lib.2.par.1.quęſt.7. art. 30. nu. 19. Ruin. in Rubric. de oper. nou. nunciat.nu.10.Oſaſch.in deciſ.Pedemont.165. nu. 14. Mareſcott. var.reſolut. cap.29.nu.11. lib. 2.

3 Et idem importat, ac ipſo iure, gloſ. in d. l. 1. §. ſi pecuniam, text. in l. 2. C. de iur. emphyteut.& Alex.in l. ſi inſulam, ff. de verb. obligat.

SVMMARIVM.

1 *Olim, dictio, tria tempora denotat.*

DICTIO C. LI.

OLIM.

1 TRia tempora denotantur per dictionem, Olim, præſens ſcilicet præteritum, & futurum, Bart. in l.1. §.hoc autem, ff. de nou. oper. nunciat. Gozad. conſ. 58. nu. 22. text. in l. emptio, ff. de contrahen. emptio. Tindar. de teſtib. c.6.nu.19. Corn.conſ.163. ſub nu. 2. verſ.olim,circa med.vol.1. Et plura de hac dictione poſui infrà in dictione, Quondam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Palàm, intelligitur coram pluribus.*
2 *Quid differat à dictione, publicè.*
3 *Item ſignificat indubitanter.*

DICTIO C.XXIX.

PALAM.

1 Palàm, eſt quædam dictio, quæ denotat idem, quod ſi diceres coram pluribus, l. palàm, ff. de verbor. ſignific. l. hæredes palàm, ff. de teſtam. l. cum ipſe, ff. de contrahen. emptio.

2 Differt autem à dictione, publicè, quia publicè dicitur, quod fit coram omni populo, palàm, verò coram pluribus, vt dixi, quemadmodum monet Alciat. in d. l. palàm, circa fin.

3 Item, palàm, ſignificat, indubitanter, 43. diſtinct. cum in mandatis.

SVMMARIVM.

1 *Pariter, dictio, importat identitatem, & ſimilitudinem iuris, & temporis.*

DI-

DICTIO C.LIII.

PARITER.

1 DIctio, Pariter, æquè propriè importat identitatem, & ſimilitudinem iuris, ſicut temporis, c. venerabilem, §. quid autem, de electio. gloſ. in c. bonæ, verſ. ad vos, de poſtul. Prælat. Paul. de Caſtr. in l. operis, ff. locat. & Gabr. conſ. 6. num. 4. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Paſſim, declaratur, ideſt, indiſtinctè.*

DICTIO C.LIV.

PASSIM.

1 ESt dictio iſta adeò vulgaris, vt per omniū ora ſatis promulgata ſit; interpretatur enim, ideſt, indiſtinctè, per text. in l. magis, §. non paſſim, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt, & in l. ne paſſim, C. de iur. & fact. ignor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens, quem poſſediſſe, Penè triginta annos,*

annos, non diſcordat ab alio, deponente per dictionem, ferè, vel circa.

DICTIO C.LV.

PENE.

1 Dictio, Penè, eſt ſimilis dictioni, ferè, quaſi, vel circa, & ſimil. Nam ſi teſtis dicat quemquam poſſediſſe, penè triginta annos, & alius dicat, ferè, vel circa, non videntur diſcordare, nec contrarietatem inducunt, ſed potiùs conſequentiam, l.2.§. ijſdem temporibus, ff. de orig. iur.

SVMMARIVM.

1 *Penes, intelligitur, ideſt, apud, & iuxta.*

DICTIO C.LVI.

PENES.

1 Tantum valet dicere, Penès, quantum, apud, & iuxta, l. 1. in princip. ff. de tabul.exhib.l.vltim. ff.de ſeruit. ruſtic. præd. l.ſi quis fundũ,ff.de acquir.poſſeſſ. Vndè dicimus, penès me ſunt pecuniæ,hoc eſt apud me, l.Titia cum teſtamento,§.Caius,& ibi gloſ.& Bar. ff.de legat.2.& text.in c.penès,de verb ſignificat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Penitus, eiuſquè vires demonſtrantur, & num. ſequent.*

DICTIO C. XLVII.

PENITVS.

1 IDem importat dictio, Penitus, quod omninò, prorſus, ex toto, in totum, & ſimiles: prout eſt text. in l. 1. C. de gladiat. lib. 11. Anchar. in c. 1. de ſupplen. neglig. Prælat. in 6. Ioan. Andr. in c. 1. in verbo, penitus, poſt gloſ. de poſtul. prælat. lib. 5. Honded. conſ. 40. nu. 13. lib. 2. Ruin. conſ. 117. nu. 7. & conſ. 41. nu. 8. vol. 3. Rolan. à Vall. conſ. 27. nu. 21. & 22. tom. 4. Gozad. conſ. 71. ſub nu. 4. Grat. & alij per eum adducti in conſ. 86. num. 3. lib. 2. text. in l. final. de ædict. Diu. Adr. tollen. idem Grat. in conſ. 65. num. 23. eod. lib. 2. Alex. cum concordantibus in conſ. 72. col. 2. verſ. nam vniuerſalis, vol. 2. Franch. deciſ. 169. num. 1. par. 1.

2 Quæ quidem non ſolum eſt excluſiua, ſed etiam minima reijcit, gloſ. in l. ſi qui aduocatorum, C. de poſtul. & in l. 2. C. de conſt. pecun. Pariſ. cóſ. 58. n. 11. lib. 1. Alberic. in dictionar.

in

in verbo, penitus, Mareſcott. variar.reſolution. cap. 32. nu. 6.lib.1.notat Archidiac. in c. 1. de offic. ordin. lib. 6. Abb. in c. ſedes, extr. de reſcript. Ioann. de Imol. in l.peregrè, §.quibus, ff. de acquir. poſſeſſ.§. item ſurdus, Inſtit.quib.non eſt permiſſ.fac.teſtam. & Socc. Sen. conſ. 20. num. 6 vol. 4.

Tanquàm enim præciſa,nullam recipi modificationem, aut limitationem admitti, firmat text. in l. ambiguitatem, C. de vſufruct. & ſequuntur Crott. in conſ. 32. nu. 20. Rolan. in conſ. 27. nu. 20. tom.4. Angel. in conſ. 27. Dec. in conſ.401. nu. 3. tom. 2. Boer. in quęſt. 23. nu. 23. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. in remed. 4. nu. 19. Alex. in l. qui vſumfructum, ff. de verbor. obligat. Angel. in conſ. 31. in fin. & Dec. in conſ. 405. num. 3. tom. 2.

Quin etiam ſignificare actum nullum, non ſolum ipſo iure, ſed etiam in totum, tradit Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 5. nu. 13. & eſt text. in c. ſuper hoc, de hæret. lib. 6. & in l. ambiguitatem, C. de vſufruct.

3 Fallit aliquando propter ſubiectam materiam,vt non ſignificet actum ipſo iure nullum, c.cum inhibitio, & c. 2. de clandeſtin. deſponſ. l. in cauſæ, §. vltimo, cum l. ſequent. ff. de minor. & idem Card. Mantic. loco ſupracitato, verſ. ſed idem Aretinus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Per, ſignificat conſumationem, ſeu perfectionem rei cui adijcitur.*
2 *Item cauſam efficientem.*
3 *Item augumentum.*

DICTIO C.LVIII.

PER.

1 DVpliciter hæc dictio ſumitur. Primo enim ſignificat conſumationem, ſeu perfectionem eius rei, cui adijcitur, l.vrbana, §. pernoctare, ff. de verbor. ſignificat. l. 2. §.peregiſſe, ff. de adult. Roman.conſ.301.n.13. notat Bart. in l. quinquaginta, nu. 1. ff. de excuſ. tut. & in l. illud, ff.de offic.Præſid.Abb. in c. ſi conſtiterit, nu.13.de accuſat.Maſcard. de probat. concluſ. 1215. nu. 2. vol. 3. Corn. conſ. 113. nu. 1. vol. 1. & conſ.280.nu. 3.vol.4. Socc. Iun. conſ. 134. nu.93. vol.3. Polyd.Rip. de noctur. tempor. c. 167. nu. 30. Rot. inter impreſſas Farinacc. deciſ. 637. nu. 3. vol. 2. Vel vt meliùs dicam temporis cõtinuationem deſignat, vt cum dicimus, talem poſſediſſe per decem annos, c.licèt,extr.de probat. Socc. qui multos allegat. in conſ. 118. num.8. vol. 4.

vol. 4. Bou. ad Statut. Vrb. præſcript. gloſ. 2. nu. 21. Corbol. de iur. emphyt. cap. 15. q. 3. n. 3.

2 Secundo ſignificat cauſam efficientem, c. vt veritatis, vbi eſt text. notab. 12. q. 1. & tradit idem Roman. in ſupracitato nu. 13.

3 Denotat vlteriùs etiam augumentum, l. verum, §. reſtit. in fin. ff. de minor. l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſoc. c. ſignificaſti, de elect. & tradit Mar. Socc. in ſuo tract. de teſtib. n. 50.

SVMMARIVM.

1 *Perdiſſena, & Perentiſſena, dictiones, quid ſignificent, & vndè componantur, & nu. 2.*

DICTIO C. LIX.

PERDISSENA, vel PERENTISSENA.

1 Dictio, Perdiſſena, componitur ex, per, & dies ſex, & ſignificat poſt ſex dies futuros, vt refert Archidiac. de conſecr. diſtinct. 4. c. quæris, n. 3. Nam ſi quis interrogatus in die Dominico in ramis Palmarum, quando erit Paſcha? reſpondeat, Perdiſſena, intelligitur, ideſt, poſt ſex dies futuros; vel ſi dixerit Perentiſſenam, ideſt, poſt quinque dies futuros, vna die remota, ſicut dicimus, venies ad me perendie, ideſt,

peracta vna die: nam rendie eſt dictio ſignificans quaſi perempto vno die.

2 Perentiſſena, autem, ideſt, peremptis ſex diebus, & componitur, ex, per, & dis, Archid. loco ſupracitato.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Perſunctoriè, quid importet.*

DICTIO C. LX.

PERFVNCTORIE.

1 Iſta dictio, Perſunctoriè, exponitur, ideſt, negligenter, & tranſitoriè, l. qui libertatis, §. ſed etſi, ff. de euictio. alibi exponitur, ideſt, obſcurè, vel parùm ſunctoriè, l. ait qui aliter, ff. quod vi aut clam, & Archidiac. in 40. diſtinct. c. ante omnia, nu. 2. cum alijs ibidem: & ſignificat etiam adulatoriè, ideſt, qui libenter audit Adulatores, & alijs libenter adulctur, vbi ſubdit, quòd Clericus libenter vacans Adulatoribus, deponitur.

SVMMARIVM.

1 *Princeps Iudici mandans, vt Per ſeipſum in cauſa procedat, & iuſtitiam faciat, per alium*

alium expedire non poteſt.

2 *Contrarium.*

DICTIO C. LXI.

PER SE.

Videtur iſta dictio præciſa, quia facit, vt actus per alium expediri non poſsit, vt notat Dom. à Sanct. Geminian. in criminalibus, 5. q. 3. & faciunt notata per Bart. in l. iubemus, C. de erogan. mil. anno. lib. 12.

1 Vndè ſi Princeps Iudici mandet, quòd Per ſe in cauſa procedat, & iuſtitiam faciat, per
2 alium expedire non poteſt: Alciat. tamen in l. 1. §. eadem, n. 3. ff. de verbor. obligat. dicit in contrariū facere, quod notat Iaſ. in l. 1. col. 10. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. vbi ait ſi Princeps inquiat in reſcripto, per te cognoſcas, per hoc non impediri, quin Iudex delegare poſsit per ea, quæ voluit Bald. in c. fin. col. 2. extr. de offic. deleg.

Et quamquam aliquando illa verba, tu per te cognoſcas, dicãtur in reſcripto ſimpliciter poſita: nihilominùs quod tacitè ineſt potiùs videtur expreſſum, quam quod vt ipſemet cognoſcat, arg. l. 3. ff. de leg. 1. & hanc opinionem veram arbitratur Alciat. loco ſupracitato, vt refert Aſin. in ſua prax. §. 25. c. 18. per totum.

DICTIO C. LXII.

PERPERAM.

TExt. in l. cum quærebam, ff. de regul. iur. interpretatur huiuſmodi dictionem, ideſt, malè, prauè, & peruersè, & eſt contraria dictioni, rectè.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Perpetuò, intelligitur ſine temporis præfinitione.*
2 *Contrarium, & nu. 4.*
3 *Vſusfructus relictus Ciuitati, Municipio, vel Eccleſiæ, quomodo intelligatur.*
5 *In fideicommiſſis quomodo intelligatur.*

DICTIO C. LXIII.

PERPETVO.

1 INtelligitur dictio iſta ſine temporis præfinitione, & importat idẽ quod dictio, ſemper, & in infinitum, text. in l. final. C. de ſuis, & legit. in l. 1. C. ſolut. matrim. Dec. conſ. 472. n. 22. & cõſ. 516. n. 15. tom. 2. Pariſ. conſ. 81. n. 5. & cõſ. 53. n. 24. lib. 3. Socc. cum alijs per eũ adductis

ductis in conſ.43 n.4.& 5.vol.3.l.ſemper, ff.de iur.immun. Gozad.conſ.102.n.7. & Pariſ.cōſ. 30.n.24.vol.2 qui dicit,hanc dictionem ſignificare tempus in ſęcula ſęculorum, quē ſequitur Anchar. quæſt.72.num. 10. & 13.part.1.

Et ſæpiùs repetita habet tractum ſucceſsiuum, importantem perpetualitatem, ita volunt Doctor. per text. in l.ſordidorum, C. de excu.mune.lib.10.Rolan.conſ.87.n.13.tom.4.

Quin etiam per eam tollitur exceptio pręſcriptionis, maximè iuncta dictioni, quandocunquè, Angel. in l.1.de vſucap. & Ruin. in conſ.111 nu 7.vol.1.

2 Contrariam opinionem, nempè quod non intelligatur in infinitum, ſed donec quis viuit,propter ſubiectam materiam,ſicut in vſufructu,qui morte finitur, tenuerunt multi, & præcipuè tex.in §.finitur,Inſtit.de vſufruct.in l.3.§.final. ff. quib.mod.vſufr.amitt.& in ſimili eſt alter text. in l.1.ff.pro ſoc.vbi, perpetuò, intelligitur, donec viuat, notatur per gloſ.in Clement.1.in verbo, eius, de reb. Eccleſ. non alien. & tradit Dec. ſibi met contrarius in conſ. 521. nu. 12. tom.2.

3 Et ad corroborationem huius poſterioris opinionis, dic quod vſusfructus relictus Ciuitati, Municipio,Eccleſię vel ſimilibus perſonis, quę nunquam moriuntur, intelligitur vſquè ad centum annos, non autem in

infinitum, ne proprietàs ſit inutilis, & ad tollendam perpetuitatem, l. cum antiquitus, C. de vſufruct. text. & ibi gloſ. in l. ſi vſusfructus Municipibus, ff. de vſu, & vſufruct. legat. Alex. in l. 2. in princip. ff. ſolut. matrimon. & in conſ. 60. lib. 1. Ruin. conſ. 143. col. 4. lib. 4. & Natt. conſ. 67. num. 31. tom. 4.

4 Et ratio eſt cur non duret, niſi per centum annos, quia hoc tempus eſt longiſſimus vitæ finis, d. l. ſi vſusfructus, & ibi gloſ. in fin.

5 In fideicommiſſis verò, qualiter, & quomodo iſta dictio intelligatur, vide Surd. in conſ. 554. num. 38. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Lex, ſiuè Statutum, ſi dicat, aliquem obligatum eſſe, Perindè, ac ſi, confeſſus eſſet, quid importet.*

2 *Legitimatus non dicitur legitimus, ſed tamquam legitimus.*

DICTIO C.LXIV.

PERINDE AC SI.

NAturam iſtius dictionis eſt, vt id quod verè non eſt faciat eſſe, & quod eſt faciat non eſſe, quoad iuris effectum, iuxt. text. in l. 1.

C. de

C. de error. aduoc. qui ſic formaliter ait. Ea
quæ Aduocati (præſentibus iis, quorum cauſę
aguntur) allegant perindè habenda ſunt, ac ſi
ab ipſis dominis litium proferantur. Ex qui-
bus ſanè verbis fingitur eſſe quod non eſt, &
geſta per Aduocatum, facta cenſeri per domi-
num met litis. Decian cum alijs per eum alle-
gatis in conſ. 116. nu. 19. lib. 1. & fuit dictum,
in Rota Romana in vna Virdunen. Epiſcopa-
tus 10. Martij 1595. coram R. P. D. Litta.

Imò cenſetur facere relatum cum omnibus
qualitatibus, & conditionibus, vt eſt text.
notab. in l. ſi finita, §. ſi quis metu, ff. de
1 damn. infect. Vndè ſi lex, vel ſtatutum dicat,
aliquem obligatũ eſſe, perindè ac ſi confeſſus
eſſet, ſignificat eo modo, & ordine, & vſque
ad id tempus teneri, quibus, & vſque ad
quod teneretur, ſi vera confeſsio emanaſſet,
& ſi confeſsio habeat executionem para-
tam, vel finiat certò tempore, vel non
poſsit in iudicium deduci, niſi ſeruata certa
forma, idem erit in tali obligatione facta per
huiuſmodi dictionem, quia relatio quæ fit per
eam, cẽſetur fieri cum omnibus qualitatibus,
& conditionibus, l. à filio, §. pater, ff. de
alimen. leg. & benè Bart. in l. 1. ff. de receptat.

Hanc eandem naturam dicendum eſt habe-
re dictionem, Perindè, vt inquit Bart. in d. l. 1.
& eſt text. in l. Sacrilegij, §. is autem, ff. ad

leg. Iul. peculat. l. qui à patre, vbi Bart.ff. de confir. tut. l. ſed etſi lege, §. perindè, ff. de pet. hæred. vbi Bald. dicit, quòd notat omnimodam, & perfectam ſimilitudinem, ac totalem iuris identitatem, & tradit etiam idem Bart. in tractat. ad reprimend. in verbo, perindè, Dec. conſ. 360. nu. 4. tom.2.Rolan. à Vall. conſ. 45. num. 3. tom. 4. Grat. non minùs doctè quàm accuratè conſ. 137. nu. 10. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 315. num. 13. cent. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 53. num. 3. vol. 3. & conſ. 169. num. 3. vol.4. Mandoſ. de priuil. ad inſtar, quæſt. 2. num. 15.

Gloſ. autem in l. ſi quis, in princip. & ibi Roman. & Alex. ff. de acquir. poſſeſſ. dicit, huiuſmodi dictionem denotare fictionem, non autem realem, & perfectam ſimilitudi-
2 nem, vbi legitimatus non dicitur legitimus, ſed tanquàm legitimus, quæ dictio, tanquàm, eſt nota improprietatis, vt ſuo loco demonſtrabo, faciendo illationem ab iſta dictione, tanquàm; quam gloſæ opinionem credo veriorem, per text. ſupra allegatum in d. l. 1. C. de error. aduoc. vbi loquuntur Aduocati, & nihilominùs fingitur, loqui dominos litis, quia ſunt præſentes. Et vt regulariter denotet fictionem, dixit Cagnol. in l. per ſucceſſionem, numer. 1. ff. de reg. iur. Dat tamen ibidem limitationem, niſi ponatur in his,

quæ

quæ ſunt iuris; nam tunc ſecundum eum denotat veritatem, & allegat Alex. in l. ſi quis vi, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & Aret. & Rip. in l. rem quæ nobis, ff. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Qui omne Periculum in ſe ſuſcepit, etiam caſus fortuiti periculum in ſe ſuſcipere videtur.*

DICTIO C. LXV.

PERICVLVM.

Dictio, Periculum, eſt terminus generalis comprehendens etiam caſum fortuitum tanquàm ſpeciem, ita notat Caſtrenſ. in l. ſed etſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut.

1 Vndè qui omne periculum in ſe ſuſcepit, etiam caſus fortuiti periculum in ſe ſuſcipere videtur, quia qui omne dicit, nihil excludit; vulgatis ll. à procuratore, C. mandat. & Iulianus, ff. de leg. 2. Dec. conſ. 552. num. 2. tom. 2. quod tanto magis corroboratur, ſi adiungantur aliæ dictiones, videlicet, riſico, & fortuna, quæ etiam important caſum fortuitum, vt notat Bart. in l. ſi is qui, ff. de acquir. rer. domin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictionem, Poſt, Scriptores diuerſimodè ſumpſerunt.*
2 *Ciceronis loca citantur.*

DICTIO C.LXVI.

POST.

VArio modo ſumpſerunt Scriptores hanc
1 dictionem, aliquando enim pro incontinenti, & tempus ſtatim, ac immediatè ſequens denotare dixerunt, vt quando dicitur vnus poſt alium acceſſerunt ad domum, & in
2 hac ſignificatione plura apud Ciceronem habentur loca, præſertim in lib.4.ad Heren.ibi, Id fieri poterit, ſi quæ ante, & poſt, & in ipſa re factum erit, comprehendamus: hoc idem ex antiquis Scriptoribus ſenſerunt plures, vt colligitur, ex text. in l. iuris gentium, §. quinimò, cum §. ſequenti, ff. de pact. Crot. in repetit. c.1. in 1. notab. de conſtit. lib.6. text. in l. mulier, §. ſi hæres ibi poſt multum tempus, ff. ad Senat.Conſult.Trebell.Iaſ. in l. poſt dorem, num. 3. ff. ſolut. matrim. Et de hac dictione, abſquè eo quod ego plura demonſtrem, multa diffusè ponit Tiraquell. in repet.

l. ſi

l. ſi vnquam, in verbo, poſtea, nu. 1. 12. & ſequen. C. de reuocan. donat. & Rota inter impreſſ. Farinacc. in deciſ. 167. num. 6. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Poſtea, denotat interuallum.*

DICTIO C.LXVII.

POSTEA.

1 De ſui natura hæc dictio denotat interuallum, l. non ait, §. final. ff. de iur. iur. & ibi gloſ. in l. iuris gentium, §. quinimò, in fin. ff. de pact. notatur, in l. quoties, §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit. Abb. in c. cura, in vltim. notab. de iur. patron. Rota deciſ. 883. incipien. quidam laicus donauit, in antiq. latè Dec. conſ. 639. nu. 4. tom. 2. gloſ. in l. pacta conuenta, verſ. poſtea, ff. de contrahen. empt. & Ant. Corſett. cum alijs per eum adductis in ſuis ſingular. verſ. poſtea, num. 1. fol. mihi 187.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Poſtquàm, eſt conditionalis.*

DI-

DICTIO C.LXVIII.

POSTQVAM.

1 HÆc dictio, Poſtquam, eſt conditionalis, Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, n. 5. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi ita, §. final. & ibi gloſ. ff. de legat. 2. l. ab hoſtibus, in fin. ff. ex quib. cauſ. maio. Rota inter impreſſas Farinacc. deciſ. 46. num. 2. vol. 2.

Sed an, & quando faciat conditionem, vide text. in l. inter illam conditionem 217. cum ibi notat. ff. de verbor. ſignificat.

DICTIO C.LXIX.

POTEST.

DIctio, Poteſt, eſt extenſiua, & licèt ſit temporis præſentis, trahitur nihilominùs etiam ad futurum, l. ita ſi quis, ff. de legat. 2. & notat Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 6. ff. de verbor. obligat. Ac importat potentiam nulli neceſſitati ſuppoſitã, Vinc. Carocc. deciſ. ſeu caſ. 36. nu 3. Moderatur tamen, & reſtringitur de habilitate ſecũdum ſubiectam materiam, vt animaduertit Alciat. in l. nepos Proculo, col. 3. ff. de rer. & verbor. ſignificat. Carocc. d. deciſ. & eod. nu. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Potiùs, ſignificat idem quod priùs.*
2 *Sponſa eſt potiùs monenda, quam cogenda ad matrimonium confirmandum.*

DICTIO C.LXX.

POTIVS.

1 POtiùs, ſignificat idem, quod priùs, c.re-
2 quiſiui, extr. de ſponſ. vbi quòd ſponſa eſt monenda potiùs, quàm cogenda ad matrimonium confirmandum; nam cogenda non eſt, ſed potiùs, hoc eſt priùs monenda.

DICTIO C.LXXI.

PLANE.

DIctio, Planè, ponitur pro dictione, certè, l. vltima, ff. de iur. Fiſc. & ſic etiam ponitur dictio, nempè, l. ſed etſi mater, ff. de ſeruit. vrban. prædior.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus plenus legatus, non reſtringitur ſolum ad alimenta, ſed ad vſumfructum omnium bonorum hæreditatis.*
2 *Verba, pleno iure, intelliguntur ſine aliqua diminutione.*

DI-

DICTIO C.LXXII.

PLENVM.

DIctionem huiuſmodi, Plenum, eo ſanè modo intelligendam arbitror, vt neque minima pars deficiat, ſicut voluit gloſ.in Clem. 1. de re iudic. faciunt notata per Bart.in l.inter bonorum, ff.de admin. tut.in l creditor, §.Lucius, ff.mand.& in l.1.ff.de offic. Proconſ.Gozad.conſ.47.num.7.Bald. conſ.293. nu.3. verſ. circa ſecundum, lib.4. text. in c. Apoſtolicæ, de præben.in 6.

1 Nec vllam diminutionem, aut reſtrictionē patiatur, quia ſi legatur plenus vſusfructus, non reſtringitur ſolum ad alimenta, ſed ad vſumfructum omnium rerum, & bonorum hæreditatis, vt benè explicat Gozad.in d.cōſ. 47.num.5. & firmat Surd. in conſ. 18. nu. 12. lib.1. & in conſ. 515. lib.4.

2 Idemq. ſignificet, ac ſi dixiſſet pleno iure, quæ quidem verba intelliguntur ſine aliqua diminutione, Bal. in l.prẹcibus, nu. 44. C. de impub. Abb. in c. In Lateranenſe, nu. 4. de præben. Felin.in c.auditis, ſub num.7.verſ. & quia verbum, pleno iure, de prẹſcript. & fuit dictū in vna Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603. coram R. P. D. Pamphilio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Plerunquè, dictio, denotat regulam.*

DICTIO C. LXXIII.

PLERVNQVE.

1 PLerunque, eſt dictio, quæ denotat, & deſignat regulam, l. plerunquè, in princ. cum ibi not. ff. de iur. dot. l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verbor. obligat. Alexand. in l. 3. in princ. ff. quod quiſquè iur. & in conſ. 50. nu. 1. vol. 1. Bart. in l. 1. ff. de tutel. & ration. diſtrahen. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 390. num. 3. verſ. ſecundus eſt caſus, lib. 2. centur. 4. Maſcard. de probation. concluſ. 892. nu. 2. vol. 2. & Corn. conſ. 68. num. 5. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Plures, dictio, pro duobus tantum accipitur.*
2 *Fallit.*

DICTIO C. LXXIV.

PLVRES.

1 PRopriè dictio, Plures, pro duobus tantum accipitur, & in duobus verificatur, vt notat

tat Angel.in ℱ.& ſæpè, verſ.in gloſa quæ incipit, auth. de trient. & ſemiſſ. Ruin. conſ. 44. num. 13. lib. 4. Honded. conſ. 100. num. 32. vol. 1. Bart. in l. fideicommiſſa, ℱ. ſi quis decem, ff. de legat. 3. hoc idem voluit Bonincontr. in tract. de accuſat. ſub num. 45. poſt verſic. nunc quoque videndum eſt, Roch. de Cur. in tract. de conſuet. poſt num. 371. verſ. prima eſt concluſio, Maſcard. de probat. concluſ. 838. num. 12. vol. 2. latè Marſil. in ſingul. 378. nu. 5. Benintend. deciſ. Bononien. 43. num. 6. Surd. de aliment. tit. 7. q. 23. num. 26.

2 Aduertas tamen, quod quando ponitur comparatiuè, denotans quodammodo exceſſum, importat quemcunquè numerum, Signorol. de Homed. conſ. 148. in fin. verſic. item pars aduerſa.

DICTIO C. LXXV.

PLVRIMI.

ADminùs, hæc dictio, in tribus debet verificari, vt eſt gloſ. in ℱ. & quod ſæpè, in authent. de trient. & ſemiſſ. Bald. Alex. & Iaſ. in l. & ſi poſt tres, col. 11. ff. ſi quis caution. Benintend. deciſ. 43. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Plùs, vel Pluris, quomodo intelligatur, & num. 2. 3. & 9.*
4 *Teſtis deponens per dictionem, plùs, vel pluris, an probet, & num. ſequent.*

DICTIO C.LXXVI.

PLVS, vel PLVRIS.

1 Dictio, Plùs, vel Pluris, intelligitur de modica, & minuſcula ſumma, iuxta text. in l.hæc adiectio, ff. de verbor. ſignificat. in l.cum filius, §.pater, ff.de legat.2.vbi gloſ. & Doct. notant omnes poſt Bart.in l.2. C.de reſcinden.vendit.in l. ſi quis aliter, ff.de verb. obligat. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis caut. latè Boer.in deciſ. 147.num.7.Paul. de Caſtr.in l.ſi quis filium, C.de inoffic.teſtament.& Ruin.in conſ. 55. nu. 1. & 3. vol. 1.

2 Quæ quidem modica, & minuſcula ſumma qualis,& quanta ſit,venit declaranda arbitrio boni Viri,gloſ.& DD. in d.l.etſi poſt tres,Gabriel.cōſ.168.q.3.n.17.to.1.Menoch.de arbitr. caſ.145.n.4.cent.2.lib.2.Et eo maximè,quãdo profertur à lege, vel ſtatuto, quia tunc Iudex debet eã arbitrari, ſecundum qualitatem rei,

l. continuus, §. item qui inſulam, & §. cum ita, ff. de verbor. obligat. Bar. in l. ſi inſulam, in 2. oppoſit. 1. par. ff. eod. Alex. conſ. 70. n. 4. lib. 2.

3 Limita quando fit contra mentem legis, vel ſtatuti, tunc enim iſta dictio non modicam, ſed quamcunquè ſummam denotat, vt poſt Iacob. de Rauenn. voluit Alberic. de ſtatut. quæſt. 72. num. 2. lib. 1. Euerard. in loc. ab abſurd. poſt med. verſ. hinc etiam, Rebuff. in ſupracitata, l. hæc adiectio, verſ. ſexto vitiatur, Menoch. de arbitr. d. caſ. 145. num. 9. & Rota deciſ. 25. num. 5. par. 2. diuerſ.

4 Quid autem operatur in teſte, dic quod nihil, quia ſi teſtis deponat, quod res fuit vendita pro quinquè, & fuit probatum quod valebat octo, & plùs, non per hoc erit probata ſufficienter læſio, vltra dimidiam iuſti precij, quia hæc dictio, plùs, tanquàm obſcura, & ambigua in teſte nihil operatur, c. in præſentia, de probat. Alex. conſ. 109. numer. 15. lib. 4. & conſ. 29. num. 7. lib. 7. cum alijs ibidem relatis Guliel. Cum. & Iac. de Aret. in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam. Maſcard. de probat. concluſ. 1228. num. 28. vol. 3. & Bald. in cap. cum cauſam, de teſtib. qui quidem opinati ſunt, quocunquè modo prolata, nihil ſignificare, ex quo in hac hominis diſpoſitione ob illius incertitudinem habetur perindè ac ſi dicta non fuiſſet, l. 2. ff. de

his

his qui pro non ſcript. hab. Menoch. de arbitrar. caſ. 47. num. 1. cent. 1. lib. 2. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. in d. l. etſi poſt tres.

5 Limita I. hanc concluſionem, quando agitur de interdicto retinendæ, in quo quando teſtes eſſent hinc indè pares, & probaſſent æqualiter de poſſeſſione paris temporis, ſi tamẽ teſtes vnius partis deponant cum iſta dictione, plùs, dicuntur meliùs probare, & ſic illa pars debet obtinere, ad cuius fauorem examinantur teſtes per huiuſmodi dictionem deponentes tanquàm probantes longiorem, & antiquiorem poſſeſſionem, c. licèt cauſam, cum ibi notat. de probat. Bart. in l. ſi duo, in princ. ff. vti poſſid. Bal. in l. ab hoſtibus, §. ſed quid ſimpliciter, col. 2. ff. ex quib. cauſ. ma. Nam licèt regulariter iſta dictio nihil operetur in teſte, operatur tamen quando momentum temporis faceret præualere probationem, l. Arethuſa, ff. de ſtat. hom. Iaſ. in d. l. etſi poſt tres, num. 11. ff. ſi quis caut.

6 Limita II. vt non procedat in caſu, l. 2. C. de reſcind. vendit. quando videlicèt, quis vellet reſcindere contractum venditionis tanquàm læſus vltra dimidiam iuſti precij, res enim ſi valebat centum, & fuit vendita pro quinquaginta & teſtes deponant, illam valere centum, & plùs tempore venditionis, erit ſufficienter

probatus exceſſus vltra dimidiam, adeò vt erit locus remedio d. l. 2. Salic. in d. l. 2. col. pen. Alex. in d.l.etſi poſt tres, col. 2. & Iaſ. ibi d. num. 11.

7 Limita III. vt licèt teſtis deponens per hãc dictionem non probet, poteſt tamen repeti à Iudice, vt ſuum dictum declaret tanquàm obſcurum, Roman. in d.l.etſi poſt tres, col. 2. ad fin. ibiquè Iaſ. num. 15.

8 Limita IV. Si teſtis deponat in numero plurali, videlicèt, poſſedit decem annos, & pluribus, Bald. in ſępè dicta l. etſi poſt tres, col. 11. quia illa pluralitas facit conualidare depoſitionem, & per eam intelligitur probatum de decem annis, l. vbi numerus, ff. de teſt. c. pluralis, de regul. iur. in 6. & Iaſ. in d. l. etſi poſt tres, num. 14.

9 Et quid in materia prohibitiua, dic verificari in duobus, Rota deciſ. 233. nu. 25. part. 1. diuerſ. & nouiſsimè in Pacen. Parochialis de Talauro 1613. coram R. P. D. Pamphilio, relat. per Farinacc. deciſ. 528. nu. 3. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Prabenda, quomodo ſumatur, & quid importet.*

DI-

DICTIO C. LXXVII.

PRÆBENDA.

1 Iſta dictio dupliciter ſumi poteſt, vt optimè docet Archidiac. in c. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. & in c. alienationes, 12. q. 1.

Primo enim prout eſt ipſum ius præbendæ annexum cum ſacro officio, quod eſt quid ſpirituale, & tunc ipſa præbenda eſt ius ſpirituale, vt notat Innoc. in c. maioribus, & in c. dilecto, de præben.

Secundo conſiderari poteſt, vt fructus, & commoditas quæ percipitur ex ipſa præbenda, & tunc eſt quoddam ius temporale, Dec. in c. ex literis, in 1. notab. de probat. Petr. Rebuff. ſuper concord. ſub Rubric. de colla. §. 1. verſ. Canonicatum, ante fin. Ant. de Pret. in ſuo Clyp. Paſtoral. c. 3. in princ. & num. 11. Cuius quidem iuris temporalis eſt capax non ſolum Clericus, & Canonicus, ſed quilibet alius non Clericus, neque Canonicus, imò etiam laicus, text. in c. cum in Eccleſia, de præbend. lib. 6. & tradit Roman. in conſ. 328. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Præciſè, dictio, quid importet.*

DICTIO C.LXXVIII.

PRÆCISE.

1 DIctio, Præcisè, idem importat, quod abſolutè, & ſine cauſæ cognitione, & in ſtatutis habet vim clauſulæ derogatoriæ, ſecund. Abbat. in c. 2. de reſcript. & valet dicere quantũ, firmiter, & inuiolabiliter, Bal. in l. clari iuris, C. de fideicom. & in l. ſi cauſã iudicati, C. de execut. rei iudic. & ſecũd. Card. in c. pen. in 6. notab. de arbitr. & ſignificat idem, quod ſine contradictione, Iacob. de Aren. quẽ refert Ray. in l. omnes populi, de iuſt. & iur. Card. in d. c. 2. & Corn. in conſ. 75. num. 3. & 7. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Prædicti, eſt relatiua ad praecedentia.*
2 *Et importat ac ſi omnia praecedentia nominatim, & ſpecificè eſſent expreſſa.*

DICTIO C.LXXIX.

PRÆDICTI.

1 DIctio, Prædicti, eſt relatiua ad pręcedentia, Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de

ff.de vulgar.& pupill.Gabr.conſ.31.n.19.lib.1. Bart.in l.1.§.hoc ædicto, ff. de poſtul.in l.talis ſcriptura,§.final.ff.de legat.1. Pariſ.conſ.1.nu. 134.lib.3.Tiraquell.de retract.lignag.§.8.gloſ. 7.num.24.Cephal.conſ.16. nu.25. lib.1.Bero. conſ. 132. num. 7. lib. 3. Rota inter impreſſas Farinacc.deciſ.714.num.3.vol.1.& deciſ.644. num.1.vol.2.

2 Atquè ita importat ac ſi omnia præcedentia nominatim, & ſpecificè eſſent expreſſa, Iaſ. conſ.15.nu.4.lib.1.Rota deciſ.713. nu.2. & 3. part.1.diuerſ. Honded. conſ.86. num.12. vol.2. Ac etiam cum omnibus qualitatibus ſuis, Ruin. conſ. 206.nu. 5. vol.2. Pariſ. conſ. 86. num.36.vol 2. Socc. Iun. conſ.102. num.3. vol.3.Surd.conſ. 230. num. 23. lib. 2. & conſ. 509.num.18.lib.4. Hoc idem voluerunt Alex. conſ.140 vol.6. Curt.Iun.conſ.58.col.1.in fin. Ruin.conſ.103.num.5.vol.2.Rip.in l. filius familias,§.Diui,num.111.ff.de legat.1.Crauett. conſ.98.num.8.Natt.conſ.476.num.10. vol.2. Surd. & alij per eum allegati in conſ.546. n.9. lib.4. & in conſ.123. nu 3. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Præſertim, dictio, quid denotet, & num. 2.*

DICTIO C.LXXX.

PRÆSERTIM.

1 ISta dictio, Præſertim, eſt implicatiua, & poſita in diſpoſitione aliqua, denotat idem eſſe in caſu contrario, Natt. conſ. 590. nu. 4. tom. 3. propriè verò ponitur comparatiuè, & importat idem quòd dictio, maximè, Gemin. conſ. 16. num. 4. in fin. verſ. non obſtat.

2 Quandoquè autem impropriè ponitur pro taxatiuà tantum, Calder. conſ. 548. de verbor. ſignificat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Præter, regulariter ponitur incluſiuè. Contrarium, num. 3.*

2 *Teſtator ſi legauerit centum præter fundum, fundus quoque cenſetur legatus.*

DICTIO C.LXXXI.

PRÆTER.

REgulariter dictio, Præter, ponitur incluſiuè, l. 1. ff. de pignor. actio. l. final. cum
1 ibi notat. ff. de procurat. Nam ſi Teſtator legauerit

legauerit alicui centum præter fundum, fundus quoquè cenſetur legatus, l. Sæio, §. vxori, de ann. legat. & ibi plenè per Bart. tradit Iaſ. in l. ſi ità legatum, in princip. num. 3. ff. de legat. 1.

Et ita dicendum eſt de dictione, vltrà, vel, ſupra, vt ſi quis leget centum mulieri ſupra dotem, vel vltrà dotem, centum, & dotem legaſſe intelligitur, Bald. in l. ſi vltrà, num. 2. C. de fideiuſſ. Iaſ in l. diuortio, §. quod in anno, num. 9. ff. ſolut. matrimon. Card. Mant. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 3. nu. 32. lib. 9.

3 Benè verùm eſt, quod ponitur etiam quandoq. excluſiuè, vt habetur in l. nullus, ff. de diuort. & repud. & Innocent. in c. dudum, de electiion.

DICTIO C. LXXXII.

PRÆTEREA.

EX natura iſta dictio continuat materiam ad pręcedentia, & ponitur pro, Item, repetitq. omnes præcedentes qualitates inſequentes, §. præterea, Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. & §. præterea, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit. & firmat Grat. in conſ. 163. num. 40. lib. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cameralis executio, non impeditur per verba, factis prius calculis.*

DICTIO C. LXXXIII. PRIVS.

VIdemus ſæpiſsimè in contractibus obligatione Camerali vinculatis, plura pacta ſeruanda, & præſertim, quando quis obligatur ad ſoluendum certã ſummam (factis prius
1 computis) & certè non impeditur executio Cameralis quin poſsit fieri quoad credita liquida, ſed ſolùm quoad non liquida, Card. Tuſc. concluſ. 341. num. 2. vol. 2.

Similiter ſi Iudex debet prius pronunciare ſuper poſſeſsorio, quàm ſuper petitorio, licèt quodammodo inducatur ſibi neceſsitas ad id faciendum, etſi aliter faciat, malè faciat; nihilo tamen minùs ſententia non vitiatur, cum hoc ſit quoddam conſilium legis ad ita Iudicem inſtruendum, vt docet Caſtrenſ. in conſ. 232. num. 2. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Pro, tripliciter ſumitur.*

2 *Item*

2 *Item deſignat cauſam finalem.*
3 *Declara.*
4 *In dubio, quid importet.*

DICTIO C. LXXXIV.

PRO.

1 TRipliciter ſumitur dictio, Pro. Primo, vt ſignificet idem quod nomine, Bart. in l. fideicommiſſa, §. interdum, nu. 2. ff. de legat. 3. dum ſcribit, idem eſſe dicere pro Titio, quod nomine Titij; hoc idem tradunt Butr. & Imol. in c. cum M. Ferrarienſis, col. 1. & ibi Felin. nu. 1. de conſtit. Ruin. conſ. 62. num. 3. vol. 4.

Secundo ſumitur pro loco, exempli gratia, pro vſufructu, ideſt, loco vſusfructus, vt dicimus de Proconſule, qui locum, & vices Conſulis obtinet, l. 1. ff. de offic. Proconſul. vbi Coraſ. Bart. in l. ſi is qui pro emptore, num. 35. ff. de vſucap. & Felin. in d. c. cum M. Ferrarienſis, num. 3.

Tertio ſignificat cauſam, ac ſi dixiſſet cauſa vſusfructus, Corn. conſ. 32. numer. 6. lib. 4. Pariſ. conſ. 49. num. 21. lib. 2. & Menoch. de præſumpt. præſumpt. 134. num. 11. lib. 4.

2 Et hinc voluerũt multi, vt deſignet cauſam finalem, l. penult. §. final. verſ. ſi pro alimentis, ff. de

ff. de aliment. & cibar. legat. notat gloſ. in l. dominus Stycho, verſic. pro quibus, de priuil. Bald. in l. 1. col. pen. verſ. venio ad ſecundam formam, C. per quas perſon. nob. acquir. & idem in c. 1. de teſtib. l. quod Titius, C. de bon. quæ lib. l. ex arrali, C. de actio. empt. Alex. conſ. 79. numer. 3. lib. 2. Socc. conſ. 227. num. 10. lib. 2. Dec. in l. vnic. num. 7. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, Franc. Ryp. in d. c. cum M. Ferrarienſis, n. 7. Barbat. conſ. 54. nu. 2. lib. 2. Dec. conſ. 46. num. 1. tom. 1. Gozad. conſ. 58. numer. 11. Ruin. conſ. 23. n. 19. lib. 2. Honded. conſ. 53. num. 7. vol. 2. Grat. conſ. 68. num. 22. lib. 2. Gabr. conſ. 178. nu. 15. lib. 1. Surd. conſ. 445. num. 29. lib. 3. alios latiſsimè allegans, & Modern. Roman. de diſcept. forenſ. cap. 97. num. 26. tom. 1.

3 Intellige tamen, vt non ſemper importet cauſam finalem, ſed declarandam ſecundum ſubiectam materiam, vt per Doct. in d. l. vnic. vbi Salic. in 3. col. oppoſit. 1. Dec. num. 1. & Rebuff. in repetit. num. 359. & ſequent. Nam ſignificat etiam modum, l. ſi fundo, C. de tranſaction. Doctor. communiter in l. Titio centum, §. Titio Genero, ff. de condit. & demonſtr. Honded. conſ. 53. numer. 33. & 36. vol. 2. l. ſi quis pro redemptione, C. de donat. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 10.

ff. de

ff. de condit. & demonſtr. Corn. conſ. 345. in fin. lib. 1. cum alijs congeſtis per Riminal. Iun. in conſ. 549. numer. 6. lib. 5. Ioann. de Monteſperell. conſ. 191. num. 6. l. pro oneribus, C. de iur. dot. Caputaq. deciſ. 273. num. 1. par. 2. Menoch. conſ. 146. num. 21. lib. 2. & Corn. conſ. 169. num. 3. vol. 1.

4 In dubio tamen importat cauſam impulſiuam tantum, vt voluerunt Corn. conſ. 311. n. 4. lib. 1. Cephal. conſ. 429. num. 10. & ſeqq. & Honded. d. conſ. 53. num. 36.

DICTIO C. LXXXV.

PROFECTO.

TAntum eſt dicere, Profectò, quantum, certè, vt exponitur in Clement. 1. in princ. de reliq. & ven. Sanct.

DICTIO C. LXXXVI.

PROINDE.

SEcundum Bart. in l. qui à patre, in princip. ff. de confirm. tut. & notatur in l. proindè, in princip. ff. ad leg. Aquil. iſta dictio, proindè, eſt nota improprietatis.

DI-

DICTIO C. LXXXVII.

PROPE.

DIctio, Propè, refertur ad modicum tempus, vt dicunt Iacob. de Beluiſ. & Bart. in auth. de Monachis, in princ. text. in l. 2. §. ex actis, ff. de orig. iur. Alex. conſ. 120. num. 8. lib. 2. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 57. cent. 1. lib. 2. & Angel. conſ. 127. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Propter, dictio, ſignificat cauſam remotam, & impulſiuam.*

DICTIO C. LXXXVIII.

PROPTER.

1 DIctio, Propter, ſignificat cauſam remotam, & impulſiuam, l. 1. §. videamus, de coniung. cum emancip. lib. Corn. conſ. 290. n. 13. vol. 3. l. dominus Stycho, ff. de pecul. legat. notatur in c. pro poſſeſſore, de regul. iur. in 6. Gozad. conſ. 58. n. 11. Bald. conſ. 329. n. 2. lib. 1. Angel. conſ. 312. verſ. contrariū dico, Signorol. cōſ. 185. n. 7. Rom. cōſ. 89. n. 7. verſ. ſecūdo quia.

DI-

DICTIO C.LXXXIX.

PROPTEREA.

DEnotat dictio iſta cauſam, propter quã quis mouetur ad aliquid agendũ, vt notat Bart. in l.1.C.de ſent. quæ pro eo quod. l. 2. de vſur. c.1.de reſtit.ſpol.lib.6.Gozad.conſ.84. num.7. Alberic.de Roſat.in ſuo diction.in verbo, propterea, Mattheſil.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. in 4.art.princip. nu 23.Rolan.conſ 15.num.5. tom.3.cum alijs ab eo ibidem relatis,& Hond. conſ.79. num. 18. vol. 2.

DICTIO C.XC.

PRORSVS.

HAbet iſta dictio vim pręcisè naturę, text.in c.ſtatutum, in c.prouiſurus, ibi nihil prorſus exigat, de reſcript.in 6.in c.pręſentiũ, §.pręterea, de teſt.eod.lib.& in l.final. C.ad Maced. cum ſimil.& tradit Dec.in cõſ.113.n.5.tom.1.

SVMMARIVM.

1 *Protinus, æquipollet dictionibus, ſtatim, mox, & ſimil.*
2 *Et eſt ordinatiua.*

DI-

DICTIO C.XCI.

PROTINVS.

1 AEquipollet iſta dictio, ſtatim, mox, & incontinenti, Abb. in c. ad aures, de preſcript. Iaſ. in l. 1. in prin. 4. not. de acqu. poſſ. & in l.3. §. in amittenda, eod. tit. Alex. & Bald. in l.2. C. vt lit. pendent. Ouid. Epiſt. Protinus adiunctis ſoluerunt pectora palmis.

2 Et eſt ordinatiua, & interpretatur, ideſt, non expectato ordine iudiciorum, l.non ab re, C.vnd.vi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Prout, ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè, & num. 2.*
3 *Poſita in reſcripto, ſtat conditionaliter.*
4 *Quid ſi proferatur à partibus.*
5 *Stat etiam ſimilitudinariè, & eſt repetitiua omnium qualitatum.*
6 *Vera ſignificatio dictionis, prout.*
7 *Quomodo intelligenda in verbo imperſonali.*

DICTIO C.XCII.

PROVT.

1 REgula eſt, quòd huiuſmodi dictio ſtet reſtrictiuè, & limitatiuè, l. ſi teſtamentum, ... C. de

C. de inſtit. & ſubſtit. l.1. C. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Ruin. conſ. 25. num. 11. vol. 1. Socc. Iun. conſ. 122. num. 33. vol. 3. Gozad. conſ. 84. num. 6. conſ. 31. nu. 18. & conſ. 80. num. 3. Surd. conſ. 379. num. 33. lib. 3. Et idem eſt, quando apponitur iuri, vt quando dicitur, prout iuris erit, text. in l. pactum quod bona fide, vbi gloſ. & Aret. C. de pact. gloſ. & omnes Doctor. in l. ædita, C. de eden.

2 Et maximè limitat, & reſtringit quando refertur ad aliquid, quod ſit de præterito, & de illo conſtat, vt habetur in d. l. ædita, ibi, prout ædicti perpetui monet authoritas. hoc ipſum comprobat Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, prout, nu. 2. Alex. conſ. 46. n. 9. lib. 1. Dec. conſ. 63. nu. 6. tom. 1. Honded. conſ. 112. nu. 20. vol. 1. latè Surd. conſ. 336. nu. 16. lib. 3. Bart. in d. l. ædita, nu. 28. & Dec. num. 85. Corn. conſ. 302. num. 6. vol. 4. Ruin. conſ. 50. num. 6. vol. 2. & ita etiam tenuit Rota in Romana Cambiorum Veneris 26. Martij 1593. coram Illuſtriſs. Cardinal. Millino, quibus adde Grammat. deciſ. 59. nu. 7. & ſeq. Riminald. conſ. 19. nu. 38. & conſ. 27. nu. 71. Burſatt. conſ. 85. num. 8. Menoch. conſ. 177. num. 26. lib. 2. Crauett. conſ. 956. n. 14. Simon. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. in fin. num. 58. Curt. Iun. conſ. 92. nu. 8. & ſeqq. Honded. conſ. 40. nu. 38. vol. 2.

3 Poſita autem in reſcripto ſtat conditionaliter, ideſt, prout iuris fuerit, quæ quidem ſæpiſſimè ſolet apponi à Sanctiſsimo in Cõmiſſionibus, Roman. conſ. 336. n. 3. vbi loquitur de reſcripto committente executionem, Felin. in c. 2. col. 4. verſic. Scias etiam quod aliquando in literis, de reſcript. & quod conditionaliter ponatur, tradit Pariſ. ad Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, prout, vbi ait ſe allegaſſe coram Epiſcopo Cremonen. contra quendam Aduocatum, qui neſciuit reſpondere, & vult quod importet, ac ſi diceretur, ſi de iure erit; idemq. Pariſ. in conſ. 12. nu. 91. dicit, quod ponitur iuſtificatiuè, Surd. d. conſ. 379. num. 34. vſque ad fin. vol. 3. quam opinionem firmauit etiam Rota inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 243. nu. 8. vol. 2.

4 Secùs verò ſi iſta dictio proferatur à partibus, quę poterant de nouo diſponere, etiamſi non conſtet de relato, & de eo non appareat; eo enim caſu non importat conditionem, ſed diſpoſitionem, Bart. in l. eum qui, §. Iulianus, ff. de conſtit. pec. Caſtrenſ. conſ. 17. nu. 2. vol. 2. Bart. in d. extrauagan. ad reprimen. d. verſ. prout, num. 2. & in l. admonendi, nu. 7. ff. de iur. iur. Iaſ. in §. præiudiciales, in fin. Inſtit. de actio. & in l. ſi teſtamentum, num. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. in citat. conſ. 63. nu. 5. vbi dicit, procedere in quacunque diſpoſitione,

ne, Felin. in c. 2. col. 4. de reſcript. vbi etiam ipſe inquit habere locum in omni materia, Iaſ. in proximè citata l. admonendi, nu. 29. Curt. Iun. de feud. quæſt. 7. in fin. part. 2. Natt. conſ. 40. num. 5. & conſ. 484. num. 26. & 28. vol. 3. Menoch. conſ. 1. nu. 64. latiſsimè Decian. conſ. 58. nu. 61. & ſeqq. vol. 2. Surd. conſ. 366. nu. 17. vol. 3. Grat. conſ 86. nu. 6. lib. 2. & latè Mandoſ. de priuil ad inſtar, quæſt. 5. nu. 9.

5 Stat etiam ſimilitudinariè, & eſt repetitiua omnium qualitatum, quæ conueniunt circa actum, cui fit aſsimilatio, Bart. in præcitat. tractat. ad reprimen. in verbo, prout, poſt princ. verſ ad cuius intelligentiam, text. in c. ſi duo, §. final. de procurat. in 6. Bald. in d. l. ædita, in 2. lectur. nu. 209. & ibi gloſ. in verbo, prout, vbi etiam Bart. num. 28. & Salicet. num. 14. & hanc eandem opinionem tenuit Rota in Romana Societatis Veneris 16. Februarij 1596. coram R. P. D. Iuſto, text. in l. iuris gentium, §. quinimò, in princip. ff. de pact. & ibi gloſ. in 1. notab. in 2. oppoſit. in l. prout quiſquè, ff. de ſolut. & in l. 2. §. interdicta, cum gloſ. ff. de interdict. in l. quod Nerua, ff. depoſit. & in c. Capitulum Sanctæ Crucis, cum ibi notat. de reſcript. Alex. conſ. 106. num. 21. lib. 3. Surd. conſ. 335. num. 38. & Socc. Iun. conſ. 75. nu. 25. vol. 3.

6 At ſi veram huius dictionis ſignificationem deſideras, dic, vt denotet modum, & qualitatem, & perindè eſt, ac ſi dixiſſes, eo modo, per text. in l. prout, ff. de ſolut. Alex. conſ. 179. n. 9. lib. 5. Rota deciſ. 780. num. 10. part. 1. diuerſ. & Socc. Sen. conſ. 62. nu. 22. vol. 4.

7 Quam ſi fortaſsè reperis aliquando referentem ſe ad verbum imperſonale infinitiuum non habens certum numerum, & perſonam, infinitiuè intelligas, & accipe eam conditionaliter, vt diſtinguit text. in c. Abbate Sancti Siluani, de verbor. ſignific. & refert Mareſcott. var. reſolut. in c. 1. nu. 79. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Proximè, denotat extremitatem temporis.*

2 *Excludit tempus præſens.*

DICTIO C. XCIII.

PROXIME.

1 Iſta dictio, Proximè, denotat extremitatem temporis, vt quando dicimus iſte eſt proximus pubertati, §. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtipul. Bald. conſ. 246. nu. 2. vol. 5.

2 Et excludit tempus præſens, videlicèt, proxima

xima dies non eſt præſens dies, l. eum qui Kalendis, in princip. ff. de verbor. obligat. ſed eſt dies proximè ſequutura, tota præſenti die excluſa, c. pia, de except. in 6. Alex. in l. 1. num. 12. verſ. nam intelligi debet, iunct. verſ. vel dato quod iſte, ff. ſi quis caut. Polyd. Rip. de ſingul. obſeruat. obſeruat. 376. num. 5. & 6.

SVMMARIVM.

1 *Qualitercunquè, eſt dictio generalis, comprahendens omnem modum.*
2 *Et verificatur etiam in minimo.*

DICTIO C.XCIV.

QVALITERCVNQVE.

1 Eſt huiuſmodi dictio generalis comprehendens omnem modum, ſicut dictio, quoquomodo, l. penes, ff. de verbor. oblig. Alexand. conſ. 35. numer. 9. lib. 6. Honded. conſ. 55. num. 41. cum alijs ibidem vol. 2.
2 Et de ſui natura verificatur etiam in minimo, l. etiam, ff. ſolut. matrimon. Grat. conſ. 73. num. 10. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quamprimùm, dictio, importat ſpatium trium menſium in magnis, & duorum in paruis.*

DICTIO C.XCV.
QVAMPRIMVM.

1 Dictio, Quamprimùm, importat ſpatium trium menſium in magnis, & duorum menſium in paruis, l. in fraudem, §. fiſcalibus, ff. de iur. Fiſc. Alberic. in ſuo diction. in verbo, quamprimùm, & Speculat. de allegat. & diſput. §. poſt hoc autem, num. 9. in fin.

DICTIO C.XCVI.
QVAMPLVRES.

Verificatur dictio, Quamplures, in tribus vel quatuor, vt voluit, Corn. in conſ. 232. num. 20. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis, dictio, eſt implicatiua, vel aduerſatiua.*

2 *Quandoq. ponitur diſiunctiuè.*

DI-

DICTIO C.XCVII.

QVAMVIS.

1 Dictio, Quamuis, eſt implicatiua, vel aduerſatiua, Bart. in l. 1. col. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Florent. in c. paſtoralis, in princ. q. 7. de reſcript. & facit gloſ. in §. final. in verbo, quamuis, de iur. iur. Corn. & alij conſ. 42. num. 10. vol. 3.

2 Ponitur nihilominùs quandoq. diſiunctiuè, l. quamuis, ff. de acquir. poſſeſſ. & aliquando pro, et, l. ſi maritus, ff. famil. herciſc. l. idem eſt, de vſufruct. quemad. caueat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quandiù, eſt conditionalis.*
2 *Contrarium.*
3 *Intellige.*

DICTIO C.XCVIII.

QVANDIV.

1 Quandiù, eſt dictio conditionalis, ſicut dictio, quoad, & donec, l. pater, §. final. ff. de condit. & demonſtrat. l. legatum, ff. de

ann. legat. l. Caio, §. Imperator, de alim. legat. l. 4. in princip. ff. de ſeruit. leg. Ruin. conſ. 190. n. 2. vol. 2. Socc. Iun. cõſ. 58. n. 8. vol. 3.

2 Contra quòd faciat modum, non autem ſit conditionalis, notatur in l. 1. C. de legib. & in l. 4. ff. de ſeruit.

3 Tu dic, quandoquè, iſtam dictionẽ apponi ad ſignificãdam incohationẽ alicuius beneficij; & tunc facere conditionẽ, ex iuribus primo loco citatis, & ex Cin. in l. final. C. de indict. viduit.

Aliquando verò poni ad ſuſpenſionem alicuius beneficij, ſeu diſpoſitionis, itaut talis diſpoſitio differatur in euentũ alicuius caſus: & tunc ſub diſtingue: aut ſuſpenditur in euentum certò tempore limitatum, & tunc facere diẽ, l. ſcimus, §. donec tamen, C. de iur. deliber. aut ſuſpenditur in aliquem euentum incertũ, facere cõditionem, l. ſufficit, ff. de cond. indeb.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quando, regulariter facit conditionẽ.*
2 *Quandoq. ſumitur temporaliter.*

DICTIO C.XCIX.

QVANDO.

1 REgulariter dictio, Quando, facit conditionẽ, l. cum vir, ff. de condit. & demonſtr. l. quod

l.quod pupillo, ff. quand. dies legat. ced. Dec. conſ.421.n.5.tom.2. Hond.conſ.53.nu.5.vol.2. Crauett.conſ.15.n.3.Surd.conſ.298.n.35.lib.2. Pariſ. conſ. 81. num. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 68. num. 7. vol. 4.

2 Nihilò tamen minùs ſumitur etiam quandoquè temporaliter, vt in Rubric. quand.dies legat. ced. in Rubric.quand.appellan. ſit, cum alijs adductis per Alberic. in ſuo diction. in verbo, quando, Hond. in d.conſ.nu. 37.& 38. & Gabriel in conſ. 57. num. 1. vol. 2. cum alijs ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Quandoquè, dictio, ponit generalitatem, ſeù temporalitatem.*

DICTIO CC.

QVANDOQVE.

1 POnit iſta dictio generalitatem, ſeù temporalitatem, l. rogo, ff. de legat. 3. gloſ. in l. verbis, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & omnia comprehendit nihil excipiens, c. ſolitæ, de maior. & obedien. Dec. conſ. 593. numer. 3. tom. 2. & ſignat regulam eſſe in contrarium, Inſtit. quib. mod. re contrahit.

oblig.

obligat. in princ. ibi & quandoquè cum concordantibus, de quibus per Alberic. in dictionar. in verbo, quandoquè, & per Grat. in conſ. 2. num. 24. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quandocunquè, eſt diſtributiua.*
2 *Eſt vniuerſalis.*
3 *Appoſita in pacto redimendi, an tollit præſcriptionem.*

DICTIO CC.I.

QVANDOCVNQVE.

1 De ſui proprietate eſt diſtributiua tantum temporum, continens plura tempora, ac infinitatem, Doct. communiter in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. & in l. precibus, C. de impub.& aliis ſubſtit. Honded. conſ. 55. num. 42. vol. 2. Pariſ. conſ. 73. vol. 3. & plures etiam continet obligationes, Bart. in l. 1. n.2.ff.quib.mod.vſufruct.amit.Surd.conſ. 460. nu.58.lib.4.Corn.conſ. 199.nu.17.vol.2.Felin. in c.cū acceſſiſſent,de cōſtit.Fabian.de Mont. de emp.& vendit.q.3.par.4.in princ.& eſt apta comprehendere omnem modum,omnemquè qualitatem, Anchar. conſ. 268. num. 7.

2 Eſt

2 Eſt etiam vniuerſalis, & adiecta ſubſtitutioni de ſui natura nullum tempus excludit, argum. c. ſolitæ, de maior. & obed. l. Iulianus, ff. de legat. 3. & Corn. d. conſ. 199. nu. 2. qui etiam in conſ. 133. nu. 12. vol. 1. dicit hanc eandem dictionem denotare cauſam remotam, & occaſionalem.

3 Sed hinc incidenter contingit dubitari. Vtrum per iſtam dictionem, quandocunque, intelligatur ſublata præſcriptio triginta annorum, maximè quando fuit conuentum in inſtrumento, quòd liceat Venditori quandocunquè retroemere. In hac quæſtione variæ fuerunt Doctorum ſententiæ, ideò breuiter tangam.

Et quòd tali pacto appoſito cũ iſta dictione, non præſcribatur ſpatio 30. annorum, eſt text. in l. quod ſi nolit, §. ſi verò conuenerit, vbi Bald. & Angel. ff. de ædil. ædict. Socc. Sen. conſ. 86. nu. 11. vol. 1. Nam dum pacto conuentum eſt, poſſe aliquid quandocunq. redimere, non videtur obſtare Venditori præſcriptio 30 annorum, ſed eſt in mera eiuſdem facultate illud quandocunquè redimẽdi, quia hæc dictio, omnia tempora comprehendit, Bal. in l. ſi quis ad declinandam, col. 3. verſ. reſtat dubium, C. de Epiſc. & Cleric. Ruin. conſ. 121. nu. 9. vol. 3. eidemquè Venditori omni tempore competit actio, qua poteſt cogere

Emptorem

Emptorem ad retrouẽdendum,cum ad alium finem dictio iſta non videatur appoſita in contractu, niſi vt per eam impediatur curſus præſcriptionis, alias autem eſſet ſuperflua, l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Bart. in l. ſi quis reum, de cuſtod. reor. Alex. in l. ſi finita, in princ. ff. de damn. infect. Rolan.conſ. 121. num. 6. & ſeqq. vol. 2.

Quam opinionem videtur benè poſſe coadiuuare, quia ſi Venditori interdiceretur redemptio rei venditę huiuſmodi pręſcriptione, certè remaneret deceptus, cum voluerit ſibi cauere à principio cum hac dictione, cogitãdo poſſe redimere ſibi quandocunquè placuerit, alias fortaſsè non vendidiſſet; & propterea cum ea fuerit contrahentium intentio, vt quãdocunquè Venditor redimere poſsit, abeſſe ſibi non debet talis præſcriptio, tanto magis, quia contrahentium mens debet attendi, l. final. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. Blanditius, C. de fideiuſſor.

Et tanto magis hæc opinio videtur confirmanda, eo quia Emptor promittens quandocunquè retrouendere,cõſtituitur in mala fide, quæ impedit præſcriptionẽ cum negare nullo modo poſsit quin ſciuerit, ſe obligatum cum tali pacto retrouendendi, text. in c. fin. de præſcript. Rolan. d. conſ. 18. cum alijs ibidem.

Contra-

Contrariam tamen opinionem de iure veriorem affirmant omnes Doctores, & præcipuè latiſsimè idem Rolan. vbi ſupra à nu. 24. ad fin. per multas rationes ab eo adductas, Ant. Gabr. in concluſ. 3. in tit. de prǽſcript. Menoch. in conſ. 962 n. 38. & ſeq. vol. . Surd. in deciſ. 1. & 2. per tot. Ruin. in conſ. 111. per tot. vol. 1. & Balb. de præſcript. in 4. part. 5. par. princip. Qui quidem ita exactiſsimè, & ex profeſſo quæſtionem iſtam tractarunt, vt nihil addi poſsit; ideò per te videas, quoniam ſi vellem eos perſequi, eſſet potiùs tranſcribere, quam ſuo marte componere.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quaſi, eſt nota improprietatis, & propriè ſemper ſonat in fictionem, non autem in veritatem: quicquid multi in contrarium dixerint, & num. 2.*

DICTIO CC. II.

QVASI.

1 NOn eſt dubium, quin dictio, Quaſi, ſit improprietatis nota, ſicut dictio, tanquàm, & im-

& improprietatem deſignet, gloſ. Din. Bart. & Veronen. in l. 1. ff. de verbor. ſignificat. Gabriel concluſ.6.nu.39.Tiraquell.de retract. lignag. §.1. gloſ.9. n.178. cum ſequent. & alij per eum latè collecti: & hanc eſſe communem opinionem fatetur Curt.Iun. in cõſ. 163.n.13. communiorem venioremq. dicit Veronen. in d.l. 1. num. 23 propè fin. receptiorem aſſerit Tiraquell. loco ſupra citato,num. 179. in fin. magisq. communem tradit Gabr. loco proximè adducto nu. 42. Rota deciſ. 125. nu. 7. & ſub nu. 21. in fin. part. 2. diuerſ. probat hoc idem text. in l.ſi cum dotem, §. final.ff.ſolut. matrim. cum ibi notat.in l. poſthumorum, ff. de iniuſt. teſtam. tradit Alex.cum alijs per eũ relatis in conſ. 15. nu. 7. & in conſ. 2. num. 4. lib.1.l.hoc colore,vbi Bar.ff.de inoffic.teſtam. l.diuortio,§. ſi fundum,in princ.ff.ſolut.matr. Dec.conſ.539.n.11 tom.2. Rolan. à Vall.conſ. 83.nu.5.tom.3.Hond.conſ.85.nu.15.vol.1. l.id tempus,§.final.ff.de vſucap. l.item,mela,§.ſed ſi plures, ff. ad leg. Aquil. l. Imperialis, verſ. itaquè, ibi, quaſi nunquàm ſeruiuiſſent,C.de nupt. Ioann.Oinot.in princ.titul. nu.3.Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. contract. naſc. & in §. ſingulorum autem, nu. 8. Inſtit. de rer.diuiſ.

Quæ dictio ſemper ſonat propriè in fictionem,non autem in veritatem,Corn. conſ.261. nu.22.& conſ.63.n.2.vol.4. Rot.inter impreſſ.

Fa-

Farinacc. deciſ.268.n.3.verſ.nam fuit reſponſum, vol. 1.

2 Quicquid in contrarium dixerint, nempè quòd ſit expreſſiua veritatis, text. in l.1. ff.de tranſact. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. oblig. in l. Lucius Titius, la 1. in fin. ff. de admitt. tut. in l.dedi,in princ.& ibi gloſ. ff.de condit. cauſ.dat. cauſ. non ſequu. Dec.in conſ.539.nu.11.tom.2. l.ſi ante,ff.ſolut.matr. Abb.in c.cum dilecta,de confir.vtil.vel inutil. & in c.prout, col.3. de dol. & contumac. Rip. cum alijs per eum adductis in l. ſi ita ſcriptū, nu. 6. ff. de legat. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quatenus, importat conditionem,*
2 *Item eſt limitatiua.*
3 *Item ponitur pro dictione, quia, & alijs modis, vt in num. 4.*

DICTIO CC.III.

QVATENVS.

1 NEmo eſt quin neſciat, dictionem, Quatenus, importare conditionem, vt docet Bart. in l.1.num. 20. vbi Caſtrenſ, Imol. & Socc. ff.de condit. & demonſtr. quos ſequitur

etiam

DICTIO CC. VI.

QVICVNQVE.

1 DIctio, Quicunquè, eſt vniuerſalis, vt colligitur in auth. quibuſcunquè, C. de ſacroſ. Eccleſ. in c. quia plerique, de offic. ordin. in 6. & includit omnes caſus, l. à procuratore, C. mandat. c. ſolitæ, de maior. & obed. c. ſi Romanorum, 19. diſtinct. Corn. conſ. 55. num. 15. conſ. 54. nu. 4. conſ. 90. nu. 8. & conſ. 14. num. 4. vol. 3. Dec. conſ. 113. nu. 4. tom. 1.

Quę cum ſit vniuerſalis, comprȩhendit maiora expreſsis, gloſ. in Clement. 1. de rę iudic. Rolan. conſ. 5. nu. 44. tom. 1. l. quidam relegatus, in 5. concluſ. ff. de reb. dub. Ruin. conſ. 103. num. 9. vol. 3. Rolan. conſ. 61. nu. 41. vol. 1. latè Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 20. cum plur. ſequen. Gabriel concluſ. 4. per tot. de verb. ſignif. lib. 6. Mareſcott. variar. reſolut. c. 101. num. 3. lib. 2. Surd. conſ. 453. num. 8. lib. 3.

Imò nihil excludit, comprȩhenditquè omnem ſignificationem verbi, cui adijcitur, etiã ſi ſit improprijſſima, l. qui autem, §. final. ff. de conſtit. pec. Bald. in l. 1. q. 34. ff. de rer. diuiſ. Dec. conſ. 529. num. 2. tom. 2. Decian. conſ. 41. num. 48. lib. 2. & conſ. 35. num. 23. lib. 3.

Q 2 Bald.

Bald. in c. 1. in princ. col. penult. verſ. ſed quid ſi conceſſum eſt feudum, de prohib. feud. alien. Honded. conſ. 64. nu. 48. vol. 1. & conſ. 86. n. 15. vol. 2. c. 2. §. 1. & ibi Dom. de Sanct. Gemin. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. quorum opinionem ſequutus eſt Alciat. in conſ. 6. num. 5. lib. 3. Luc. de Penn. in l. final. in princ. C. de exact. tribut. lib. 10.

Et iſta dictio videtur quodammodo effrenata, quia nullo continetur freno, quo minùs omnia comprehendat, vt latè ponit Cephal. in conſ. 351. nu. 55. Decian. in conſ. 44. num. 15. vol 4. Tiraquell. de retract. lignag. in §. 1. gloſ. 7. nu. 20. & ſeqq. vbi infinitos cumulat Auctores hoc idem comprobantes: latè etiam dixit Nicol. Intrigliol. de feud. q. 50. nu. 127. & ſequen. Surd. d. conſ. 453. n. 8. Grat. conſ. 50. num. 22. vol. 1. Iaſ. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat poſt Salicet. in l. 2. col. 3. C. de noxal Bart. Socc. conſ. 10. nu. 19. vol. 1.

Vndè ſi quis dixerit, quemcunquè virum, omnes homines comprehendere arbitratur, Socc. Iun. in conſ. 38 n. 1. vol. 3. eſt text. in l. ait Diuus, & in l. ędicto, in prin ff. de iur. Fiſc. declarat Bar. in l hoc articulo, ff de hęred inſtituen.

Quin etiam facit, vt omnia comprehendantur quæ alias in ſimplici diſpoſitione non venirent, gloſ. in Clement 1 de decim. in verbo, quicunquè, Gomeſ. Sarnen. de trienn. poſſeſſ.

q. 2.

q. 2. nu. 3. verſ. tamen his non obſtantibus, Rota deciſ. 168 num. 5. part. 1. diuerſ. Surd. conſ 73. nu 64. Rot. in Bononien. de Mangiolis 23. Ianuarij 1617. coram R. P. D. Caualerio, Hond. in præcitat. conſ. 86 nu. 17. & in conſ. 37. nu. 2. vol. 2. Crauett. conſ. 294. num. 1. Surd. & alij per eum relati in conſ 466. nu. 25. lib. 4. gloſ. in c. quis in ius quoſlibet, de elect. Grat. conſ. 163. nu. 19. lib. 2.

Quibus adde etiam, vt ſub hac dictione ij quoquè includantur, qui non propriè, ſed impropriè ſunt tales, Bart. in l. quicunquè, C. de ſeru. fugit. Alex. cōſ. 17. in fin vol. 6. Barbat. conſ. 48. col. antepenult. vol. 4. & includantur maiora expreſsis, Rot. inter impreſſas Farinacc. deciſ. 680. nu. 5. vol. 2.

Vnum tamen aduertit Honded. in conſ. 37. ſub nu. 29. vol. 2. (& mihi placet) huiuſmodi dictionem, eiuſquè generalitatem intelligendam eſſe, de terminis habilibus, & Staphil. de liter. grat. in tit. de prærogatiu. expectant. num. 21. dicit, hanc eandem dictionem non ſemper ſtare vniuerſaliter, ſed limitandam eſſe in caſibus à iure exceptis.

2 Et tanta eſt vis huius dictionis, vt licèt emphyteuſis Eccleſiaſtica, vel feudum non tran-
3 ſeat ad extraneos hæredes: nihilominùs ſi in contractu emphyteotico, vel feudali adeſt hęc dictio, quicunquè, ſeu quibuſcunquè, tranſit

etiam ad extraneos, latè Alex. in l. etiam, ff. ſolut. matrimon. Doctor in c. præſentia, de probat. Grat. d. conſ. 163. num. 21. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ 2. nu. 9. tenuit etiam Rot. in vna Ceſarauguſtana Penſionis Veneris 18. Iunij 1610 coram Card. Lancellotto, quæ eſt impreſſa in Tractat. eiuſdem Pic. & eſt 2. deciſ. in ordine num. 3. Bald. in c. Imperialem, §. etſi clientulus, de prohibit. feud. alienat. col. 48. in l. fideiuſſor, §. Prętor ait, col. final. ff qui ſatiſd. cogant. & in conſ. 37. col. penult. vol. 3. Brun. conſ. 10. Curt. Iun. conſ. 1. num. 4. Pariſ. conſ. 71. num. 42. vol. 3. cum alijs ab eo relatis, Anchar. quæſt. 65. num. 5. & 6. part. 2. Grat. de communi in conſ. 128. col. 2. & in conſ. 163. ſuperiùs citato vol. 2. latiſsimè Gabriel d. concluſ. 4. num. 1. & ſequent. de verbor. ſignificat. alios infinitos allegans Bal. in l. 1. quæſt. 34. & 48. de rer. diuiſ. & in l. cum virum, col. final. C. de fideicommiſſ. Abb. conſ. 109. incipien. Nitar in præſenti cauſa, in 3. dub. Roman. in l. id tempus, §. 1. de vſucapion. & in d. l. etiam, ff. ſolut. matrimon. Imol. in l. quidam, ff. de verbor. obligat. Alex. in l. quædam, §. nihil, ff. de eden. & in l. ſi patroni, col. penult. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Felin. in d. c. in præſentia, col. 11. extr. de prob. & in c. Sedes Apoſtolica, de reſcript. Iaſ. conſ. 9. num. 7. Bart. Soccin. conſ. 10.

& latè Ioan. Baptiſt. Afin. in ſua prax. in c. 7. nu. 14. in princ. fol. mihi 14.

4 I. Amplia, vt non ſolum veniant hæredes extranei, ſed etiam filiæ fœminæ, yt conſuluit Ruin. in conſ. 16. col. 1. vol. 1.

5 II. Amplia, vt non ſolum veniant filiæ fœminæ, ſed etiam deſcendentes ex eis, Ruin. conſ. 39. col. 2. & conſ. 133. col. 2. vol. 1. conſ. 149. col. 2. vol. 5. conſ. 150. col. 7. & conſ. 188. col. 1. vol. 2. conſ. 47. col. 3. & conſ. 105. col. penult. vol. 3. & conſ. 41. col. 3. vol. 5. & Tiraquell. de retract. lignag. d. §. 1. gloſ. 7. nu. 21. cum ſequent.

6 III. Amplia, vt veniat etiam ſingularis ſucceſſor, Alexand. in d. l. etiam, col. final. Abb. in præcitat. conſ. 3. in 3. dub. vol. 2. Iaſ. in prælud. feud. col. 15. verſ. tertio limita, & in conſ. 89. col. 4. vol. 3. & Grat. conſ. 35. num. 4. & ſeqq. vol. 1.

7 IIII. Amplia, vt contineat etiam iſta dictio, & comprehendat tàm maſculinum, quàm fœmininum; nam ſi dicamus quoſcunquè filios, vtrumquè intelligimus, maſculinum, ſcilicet, & fœmininum, Bart. in d. l. ait, §. 1. ff. de iur. Fiſc. l. Diuus, & l. quæcunquè, & ibi Bald. num. 10. C. de ſeru. fugit. Alex. conſ. 24. num. 13. lib. 2. Rebuff in l. 1. verſ. ſexto extende, ff. de verbor. ſignificat. Burſatt. conſ. 22. nu. 14. & 16. lib. 1. Honded. conſ. 92.

nu. 7. vol. 1. Iaſ. conſ. 115. col. 7. verſ. ſecundo adeſt, vol. 4. & Soccin. Iun. conſ. 89. nu. 13. vol. 3. Corbol. de iur. emphyt. cap. 12. num. 38.

8 V. Amplia, vt etiam bona futura in donatione comprehendantur; nam vt tradit Grat. in conſ. 134. vol. 1. hæc dictio admittit, & patitur improprietatem, vt dixit etiam Bald. in dicto c. Imperialem, de prohibit. alien. feud. per Frideric. & tradunt Scribentes in d. l. etiam, ff. ſolut. matrimon. Bart. Soccin. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. & latè Curt. Iun. in conſ. 48. nu. 3.

9 VI. Amplia, vt comprehendat quoquè fideicommiſſarium in contractibus, quorum eſt ſtricta interpretatio, imò quod plùs eſt comprehendit etiam legatarios, ita voluit Bal. in proximè relato c. Imperialem, & Socc. in d. l. relegatus, col. 3. & in l. Gallus, §. etiamſi parente, ff. de liber. & poſthum. Doctor. & præſertim Alex. in d. l. etiam, Curt. Iun. in d. conſ. 48. nu. 3. & Grat. in conſ. 5. num. 76. vol. 2.

10 VII. Amplia, vt ſi huiuſmodi dictio addatur verbo, inditijs, ſufficiat, quòd teſtes, qui plenè non probant, dummodo quibuſcunquè inditijs, rem oſtendant, rem dicitur ſatis probatam, Grat. conſ. 90. nu. 17. vol. 2. Iaſ. in ſæpè citata l. etiam, ff. ſolut. matrimon.

VIII. Am-

11 VIII. Amplia, quod ſi quis dixerit quemcunquè virum, omnes homines amplectatur, Mar. Soccin. conſ. 38. num. 1. vol. 3. & probatur ex alijs iuribus ſuperiùs adductis ſub n. 1. verſic. vndè ſi quis.

12 IX. Amplia, vt comprehendat etiam ea, quæ ſpecialem mentionem, conceſsionemvè exigunt, vt inquit Bart. Socc. in conſ. 3. nu. 23. vol. 3. & in legitimationis priuilegio exemplũ commodè poni poteſt, arg. gloſ. in Clement. 1. de re iudic & gloſ. in l. cum pęnam, ff. de arbitr. & notat Bald. in ſæpè citato c. Imperialem, qui propterea in quodam conſ. non impreſſ. Alex. voluiſſe, ait, vt licèt Comes cui id ſpecialiter conceſſum non ſit, Infantes legitimare non poſsit, ſi tamen hæc dictio, quoſcunquè, in eius priuilegio appoſita ſit, id ei conceſſum intelligendum eſſe: quod quidem latiùs confirmauit Curt. Iun. in conſ. 32. num. 3.

13 X. Amplia, vt denotet, & contra naturam, & qualitatem actus comprehendat etiam Clericos, Curt. Iun. conſ. 1. num. 4. fundans ſe auctoritate Andr. Barbat. in l. cum acutiſſimi, pag. 70. C. de fideiuſſor. qui inquit hac in re ponderare text. nouum in l. 1. §. permittitur in verbo, qualemcunquè ſucceſſorem, ff. de aqu. quotidian. & æſtiu. & gloſ. iunct. text. in Clementin. 1. de iudic. & in materia

materia fauorabili auget, & extendit, Ruin. conſ. 103. num. 9. vol. 3.

Quibus ita poſitis, dicendum eſt, quod licèt hæc dictio ſit vniuerſalis, vt ſupra probauimus, nihilominùs, id non ita abſolutum eſt, quin quandoquè contra ſuperiùs adducta reſtringatur, vt voluit Accurſ. in l. promittendo, in princ. in verbo, conditionis, in fin. ff. de iur. dot. & in l. emancipati, vbi Bart. ff. de adopt. qui interpretatur dictionem, quocunquè, ideſt, de idoneo, facit text. in l. 2. C. vbi de ratiocin. tàm pub. quàm priu. agi oport. in l. 1. C. de fid. inſtrument. & in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

14 Reſtringitur itaquè, & ſæpè limitatur ſecundum naturam actus, cui attribuitur, vt pulchrè docet Bald. loquens de dictione, quandocunquè, in conſ. 67. incip. quia ex facto, col. 2. verſ. nec obſtat ſi dicatur, lib. 3. & in c. 1. §. donare, col. 2. verſic. ſed dubitari poteſt, & ibi etiam Card. & Alex. ad fin. titul. qual. olim feud. alien. poſſ. Alexan. ſibi met contrarius in conſ. 30. col. 4. verſic. octauo, quia vaſſallus, lib. 1. Franc. Aret. & Socc. in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & poſthum. & Bald. ſibi item contrarius in Rubric. de feud. col. 2. in conſ. 63. col. 9. verſic. & adduco, lib. 1. & in conſ. 23. incipien. Sapientiſsimus, col. 2. verſ. quia re vera, lib. 2. Iacob. à Sanct.

Georg.

Georg. in tractat. de feud. in verbo, & quibuſcunquè hæredibus, col. 1. Franc. Curt. Sen. conſ. 83. col. 5. verſic. etſi opponatur, Dec. ſibi quoquè contrarius conſ. 185. incipien. in cauſa iſtorum, col. 3. verſic. & reſpondetur, tom. 1. Gozad. conſ. 26. & conſ. 5. num. 3 & diffusè proſequitur Tiraquell. ad quem (breuitatis ſtudio) me refero, de retract. lignag. in §. 1. gloſ. 7. num. 27. cum ſequent.

Illud tamen referendum cenſui, quod dicit Stafil. in ſuo tract. de grat. expect. & alijs liter. in Rubric. de prærog. except. & de intell. reg. prærog. nu. 17. ſcilicèt, generalitatem huius dictionis, ſpeciali diſpoſitione moderari; & quod dicit etiam Ant. à Butr. in conſ. 19. n. 9. hanc eandem generalitatem, ad ea, quæ non facili, ſed magna cum difficultate, aut vrgenti cauſa conceduntur, non referri, prout videtur eſſe text. in c. qui ad agẽdum, de procurat. in c. non poteſt, & in c. final. lib. 6. & in c. quod tranſlationem, de offic. de legat. Ideò Mar.
15 Socc. in conſ. 18. nu. 39. vol. 3. dixit, illa verba cuiuſcunquè alteriùs noſtri Ciuis Ferrarienſis, ad verè Ciues, non modificatè, & ſecundum quid referenda eſſe per ea, quæ voluit Bart. in l. ſi is qui pro emptore, col. 17. ff. de vſucap. & hanc concluſionem comprobat Corn. in conſ. 119. num. 17. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quicquid, eſt dictio, vniuerſalis, & praeciſa omnem modum comprahendens.*
2 *Et continet omne Ius.*

DICTIO CC. VII.

QVICQVID.

1 Eſt vniuerſalis, & præciſa omnem modum comprehendens, Bald.in l. cum verbum, col.2. oppoſit. 2. C. de fideicommiſſ. Rolan. conſ.55.nu.48.vol.3.l. quicquid, C. arbitr tut. l.quicquid aſtringendæ, ff. de verbor. obligat. Bald.in l.fideicommiſſum, §.nonnunquam, de vſur. Felin.in c.de quarta, col.3. de præſcript. Creſcent.deciſ.6.nu.4.de teſtam.Dec.conſ.29. nu.3.tom. 1. Gozad. conſ. 8. nu. 24. & conſ.9. num. 2. Crauett. conſ.227. num.13. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 8. num. 13. lib. 1.

2 Et continet omne ius, ità vt propter ſuam vniuerſalitatem, nihil remaneat penes concedentem, Grat.conſ.9.nu 82.lib.1. imò operatur, quod omne verbum ſui natura impetrans arbitrium boni viri, mutet naturam, & liberum importet arbitrium, Rolan. vbi ſupra num. 49. & Natt. conſ. 684. num. 7. tom. 4.

DI-

DICTIO CC.VIII.

QVID.

Dictio, Quid, cur, quarè, & ſimiles ponuntur interrogatiuè, text. in l. Gallus, ff. de liber. & poſthum.

SVMMARIVM.

1 *Quidni, eſt dictio interrogatiua, ſicut dictio, cur.*

2 *Eſt etiam quandoquè affirmatiua.*

DICTIO CC.IX.

QVIDNI.

1 Quidni, eſt dictio interrogatiua, ſicut dictio, cur, l. 1. §. ſi quis ità, & l. ſtipulatus, ff. de
2 verbor. obligat. Et ſecundum Zaſ. & Rip. in d. §. ſi quis ità, nu. 4. eſt etiam quandoquè affirmatiua, & ſecum habet affirmationẽ incluſã.

Et hic incidentur non ab re referẽdum cenſeo, quòd dicit Paul. de Caſtr. ibid. in nu. 7. quod ſi quis interrogatus, an velit bona ſua tali relinquere, & reſpondeat, quidni? vel, cur non? videtur, illum hæredem inſtituere: id tamen quoad me eſt dubium, & ideò relinquo cogitandum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quilibet, attribuit actum cuilibet inſolidum.*
2 *Quid differat à dictione omnis.*
3 *Prolata ab homine, recipit augumentum.*

DICTIO CC.X.

QVILIBET.

1 NAtura huius dictionis, Quilibet, eſt attribuere actum cuilibet inſolidum, l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. l. ſi pluribus, vbi Bart. & Imol. ff. de legat. 2. l. non diſtinguemus, §. cum plures, vbi Bart. ff. de arbitr. c. ſi propter, de reſcript. in 6. Socc. Sen. conſ. 16. nu. 19. vol. 4. Rolan. à Vall. conſ. 70. nu. 44. tom. 2. Modern. Roman. de diſcept. forenſ. c. 272. nu. 30. Gorni conſ. 40. nu. 19. vol. 2. Ruin. conſ. 76. nu. 4. vol. 1. dixit Rot. in Romana Mutui Veneris 16. Nouemb. 1601. corã Illuſtris. Cardinal. Lancellotto, quam deciſionem poſuit Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 22. nu. 2. fol. mihi 299. hoc idem firmat Egregius Doctor, & Comes D. Catald. de Boncompagnis Conciuis meus in ſuo Tract. de Syndicat. quæſt. 194. nu. 135. gloſ. in l. ſi pluribus

ribus hæredibus, ff. de legat. 2. in verbo, ſed omnes coniuncti, Decian. conſ. 73. num. 16. vol. 2. Et eſt adeò vniuerſalis, vt includat etiã caſus, qui alias ſub diſpoſitione non includerentur, l. 1. ff. de legat. 1. cum ſimil. facit quod voluit Bart. in l. ventre, nu. 11. vbi Aret. col. 11. ff. de acquir. hæred. idem Aret. in l. Pantonius, §. 1. col. 3, ff. eod. cum alijs relatis per Surd. in conſ. 40. n. 2. & ſequent. & facit quæ ponunt Imol. in conſ. 1. & plures alij citati per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verſic. omnia, vel partem aliquam, n. 14. C. de reuocan. donat. Crot. conſ. 129. num. 10. Surd. deciſ. 96. nu. 10. & Doctor. in l. 1. vbi Curt. Inn. ff. ſi cert. petat. Corbol. de iur. emphyt. c. 12. n. 87.

2 Differt autem (licèt ſit vniuerſalis) à dictione, omnis, quia dictio, omnis, diſtribuit collectiuè, dictio verò, quilibet, diſtribuit actum in quemlibet ſeparatim, vt tradit Bart. in d. l. non diſtinguemus, Natt. conſ. 675. num. 27. tom. 4. Surd. conſ. 549. nu. 5. lib. 4. Pariſ. conſ. 49. num. 3. lib. 2.

Rota tamen in vna Carinolen. Pręceptoriæ 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. Coccino tenuit, idem operari quod dictio, omnis.

3 Prolata tamen ab homine cum ſit vniuerſalis, vt dixi, non recipit reſtrictionem, ſed augumentum, ad notat. per Bald. in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. Rolan. conſ. 70.

conſ. 70.n.42.tom. 3, Anchar.q. 9. minor quidam, num. 20. lib. 3. Et neminem excluſit, Corn. conſ. 123. num. 4. vol. 3. & conſ. 323. num. 7. vol. 3. & Ruin. conſ. 76. num. 4.

DICTIO CC. XI.

QVINIMO.

Dictio, Quinimò, ponitur affirmatiuè, text. in l. iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. & in cap. cauſa, extr. de verbor. ſignificat.

DICTIO CC. XII.

QVISQVE.

Iſta dictio, Quiſquè, non eſt diſtributiua, ſed collectiua, l. hoc articulo, vbi Bart. Bald. & Imol. ff. de hæred. inſtit. l. ſi neceſſaria, §. ſi annua, de pignor. actio. Gabr. & alij quos refert in conſ. 87. nu. 2. lib. 1. Corn.conſ. 248. nu. 9. vol. 4. Corbol. in tract. de iur. emphyt. cap. 12. num. 85. cum alijs ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Quiſquis, eſt dictio, vniuerſalis.*
2 *Et attribuit actum cuilibet inſolidum.*

DI-

quatenus, tripliciter ſumi, nempè temporaliter, cauſaliter, & quantitatiuè; ità notatur in l. 1. §. 1. per gloſ. & omnes, ff. de nou. oper. nunciat. & per Ruin. in conſ. 61. numer. 43. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Qui, eſt dictio, relatiua.*
2 *Aliquando facit conditionem.*

DICTIO CC.IV.

QVI.

1 Dictio, Qui, eſt relatiua, Caſtrenſ. conſ. 383. nu. 5. vol. 1. Rip. in l. re coniuncti, nu. 13. ff. de legat. 3. Rolan. conſ. 58. num. 23. vol. 3. Surd. conſ. 353. nu. 22. lib. 3.

2 Aliquando verò facit conditionem, putà ſi adiungatur verbo futuri temporis, l. Stychum, qui meus erit, ff. de legat. 1. Roman. conſ. 238. n. 12. & Caſtrenſ. conſ. 185. ſub nu. 1. circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Quia, dictio, ponitur cauſatiuè.*
2 *Exprimit cauſam finalem.*
3 *Et aliquando importat idem, quod dictio, tum.*

DICTIO CC. XIII.

QVISQVIS.

1 EST dictio vniuerſalis, gloſ. in l. ſi neceſſaria, §. ſi annua, in verbo, his verbis, de pignor. actio. Bald. in l. qui vnum, C. de fideicommiſ. fuit dictum in Romana Prætẽſi fideicommiſsi 11. Ianuarij 1585. corã R. P. D. Orano, quæ eſt impreſſa in tract. Pic. ad Stat. Vrb deciſ. 26. n. 7.

2 Et de ſui natura attribuit actum cuilibet inſolidum, ſicut dictio, quilibet, Dec. conſ. 382. num. 6. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quod, ſtat cauſatiuè pro, quia.*
2 *Quandoquè ſtat aduerſatiuè.*

DICTIO CC. XIV.

QVOD.

1 DIctio, Quod, ſtat cauſatiuè pro, quia, text. in l. Prætor ait, §. deindè, vbi gloſ. de nou. oper. nunciat. in l. in naue Saupheli, ff. locat. Rip. in l. re coniuncti, numer. 16. ff. de legat. 3.

R 2 Quan-

2 Quandoquè ſtat etiam aduerſatiuè,l.quod ſi dicamus, ff. de verbor. obligat. & Rip. vbi ſupra. Habet etiam quamplures alias ſignificationes, quæ videri poſſunt apud Alberic. de Roſat. in ſuo diction. in verbo, quod..

SVMMARIVM.

1 *Quoad, dictio, eſt repetitiua.*
2 *Denotat temporis proceſſionem.*

DICTIO CC.XV.

QVOAD.

1 HAbet dictio iſta, quandam virtutem repetitiuam itaut diſpoſitio, ſuum reaſſumat effectum,ceſſante impedimēto,l.3.§.quod ſi quis, ff. de ſuſpect. tut. Dec. conſ.621. nu.2. tom. 2. & ità eſt etiam dictio, quandiù, & donec.

2 Denotat etiam temporis proceſsionem, Caſtr. & Alex. in l. 1. col. 2. C. de leg. Surd. conſ. 319. num. 16. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Verba concepta per dictionem, Quodammodo, videntur ficta.*

DI-

DICTIO CC.XVI.

QVODAMMODO.

1 HÆc dictio, denotat improprietatem; nam verba concepta per huiuſmodi dictionem, videntur certo modo ficta, l. ſi me in vacuam, ff de acquir.poſſeſſ. l. in ſuis,ff.de liber. & poſthum. l. ſi hæres ab eo,in fin. ff. ad Trebell.vbi dicit text. fideicōmiſſarium hęredis vicè fungi,& clarior eſt text.in l.poſtulãte, §.penult.ff.eod.ibi, nam quodãmodo in partẽ hæreditatis Senatus recipi voluit fideicommiſſarium,& haberi loco hæredis; quod benè confirmatur per text. in §. ordinatum, in verbo, ad ſimilitudinem hæredis, in auth. de hæred. & Falcid.& in §. reſtituta, in verbo,quaſi hæredibus,Inſtit. de fideicommiſ. hæredit.refert hoc idem Gozad. in conſ. 48. num. 22. & Franc. in deciſ. 288. num. 9. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quomodocunquè, appoſita in Statuto quid importet.*

2 *Venditor non tenetur de euictione, quando eſt factum compromiſſum.*

3 *Fallit ſi adÿciatur dictio, quomodocunquè.*

DICTIO CC. XVII.

QVOMODOCVNQVE.

1 APpoſita iſta dictio in Statuto, impedit, illud pati poſſe reſtrictiuam interpretationem, quam ſine dicta dictione pati potuiſſet, Salic. in l. ſi ſerui, col. 3. C. de noxal. Ruin. conſ. 109. col. 2. numer. 1. & conſ. 37. col. 3. vol. 2. Alex. conſ. 103. col. final. vol. 6. Rolan. à Vall. conſ. 5. num. 49. tom. 1.

2 Et licèt venditor non teneatur de euictione, quando eſt factum compromiſſum, l. ſi dictum, §. ex compromiſſo, de euict.

3 Tamen tenetur, ſi adijciatur hæc dictio, quomodocunquè euincatur, Alex. conſ. 4. vol. 3. poſt Bald. & Imol. in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1. cum ſimil. Grat. qui dicit eſſe clarum in conſ. 63. num. 22. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quomodolibet, importat idem, quod quocunquè modo.*

2 *Et comprehendit omne ius directum, vel indirectum.*

DI-

DICTIO CC.XVIII.

QVOMODOLIBET.

1 Dictio, Quomodolibet, importat idem, quod quocunquè modo, vel quomodolibet modo, Anchar. in c. indemnitatibus, col. final. de electiõn. in 6. in c. plerique, §. nequè de offic. ordin. in 6. & in c. 1. §. præſenti, de Cleric. ęgrot. Paril. conſ. 58. num. 10. vol. 1. & conſ. 142. num. 6. vol. 4. Gozad. conſ. 14. num. 22. & Rolan. conſ. 2. num. 23. tom. 4.

2 Compręhenditquè omne ius directum, ſiuè indirectum, ac etiam impropriè ſumptum, Io. Andr. in d. c. indemnitatibus, ſub num. 2, & ibi Archid. ſub nu. 4. verſ. quomodolibet, Angel. conſ. 228. num. 3. verſ. hoc etiam coadiuuatur, Gozad. d. conſ. 14. numer. 22. Rot. deciſ. 505. numer. 19. part. 1. diuerſ. & deciſ. 364. num. 1. ead. part. diuerſ. & inter impreſſ. Farinace. deciſ. 602. num. 4. vol. 2.

Nec ſolum intelligitur de iure communi, ſed etiam de iure ſpeciali, conſuetudine, præſcriptione, aut priuilegio Apoſtolico, Rot. deciſ. 614. num. 2. vol. 2. inter impreſſ. Farinacc.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quondam, ſignificat tria tempora.*
2 *Inſtrumentũ, in quo Notarius dicit, Mæuius filius quondam Sempronij, quid importet, & num. 3. & 4.*

DICTIO CC.XIX.
QVONDAM.

1 Ista dictio, Quondam, ſignificat tria tempora, præſens, ſcilicèt, præteritum, & futurum; ità notatur in l. nec emptio, ff. de contrahen. empt. & ideò Bart. cum quo alij concordant in l. 1. §. 1. de oper. nou. nunciat.
2 dicit, ſubſtinere Inſtrumentum, in quo Notarius dicit, Mæuius olim, ſeù quondam Sempronij, & tamen pater eius adhuc viuit, quia hæc dictio, etiam tempus præſens ſignificat, & ità etiam tenet Ant. de Butr. & Imol. in c. ex parte, de for. compet. & in c. cum olim, de offic. de legat. Ruin. conſ. 70. num. 1. tom. 2.
3 Limita niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, putà ſi Statuto caueatur, quod filius banniti non poſſit ſtare in Ciuitate, quia intelligitur de filio banniti viuentis, non autem mortui, quia finita cauſa odij, finitur etiã odium, l. Titia, §. vſuras, ff. de legat. 2. Ruin. d. cõſ. 70. n. 12.

4 Con-

4 Contrarium ſentit text. in c. cum parati, & ibi DD. de pig & in d c. ex parte, nēpè quòd iſta dictio, ſignificet, aliquem, ampliùs non viuere, & hoc confirmat Iacob. Butr. in l. cum quis, C. de iud. deleg. & Doct. in c. cum olim il 1. de offic. deleg. Alberic. in dict. in verbo, quondam, Alex. conſ 14. nu. 15. lib. 6. Quia huiuſmodi dictio profertur impropriè cum relatio ceſſet, vt per Bart. & alios in l. eius qui, in prin. ff. ſi cert. petat. Natt. conſ. 537. ſub nu. 65. tom. 3. & Gabr. conſ. 22. num. 5. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Quoquè, eſt dictio, implicatiua, implicans etiam non dicta.*
2 *Et eſt copulatiua.*

DICTIO CC. XX.

QVOQVE.

1 Quoquè, eſt dictio, implicatiua, implicans etiam non dicta, l. ſeruum quoquè, ff. de procurat. Bart. in l. labeo, ff. de pact. & ibi etiam Iaſ. n. 2. latè Dec. in cōſ. 523. n. 2. tom. 2.
2 & eſt etiam copulatiua, Bart. in l. final. col. 2. verſ. tu verò dic, ff de eo quod cert. loc. & in l. 1. in princ. ff de pact. & Surd. cum alijs in decіſ. 264. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quoquomodo, eſt vniuerſalis comprahendens omnem modum, qui excogitari poteſt.*

2 *Et de iſta vniuerſalitate plura demonſtrantur, & num. 3.*

DICTIO CC. XXI.

QVOQVOMODO.

1 EST huiuſmodi dictio vniuerſalis comprehendens omnem modum, qui excogitari poteſt, Rot.deciſ.505. nu.19.par.1.diuerſ. Et operatur vt in cōceſſione complectantur, quæ alias non venirent, l. 1. verſ. quoquomodo, ff. de teſtam. milit. l. 1. §. quidam, iunct. gloſ. in verbo, quoquomodo, ff. de fideicommiſſ. libert. Vbi habetur, quod propter illam dictionem quoquomodo appoſitam in prohibitione alienationis, prohibitio ipſa oſtenditur ad alienationem factam ex cauſa neceſſitatis, quæ non ſolet comprehendi ſub ſimplici prohibitione, l.peto, §.prædiū, ff. de legat.2.Dec. conſ.37.nu.1.tom.1.& conſ.613.nu.1. verſ.illa verba quoquomodo,tom.2. Ruin.conſ.20.n.4. vol.1. & tradit Rolan.à Vall.in conſ.5. nu.47. & 48.

& 48. tom. 1. & in conſ. 2. num. 32. vol. 4.
2 Nec mirùm, quia habet de per ſe vim geminationis, Alciat. conſ.42.nu.3. lib.9. Alex. conſ.30.n.6.lib.5.Iaſ.conſ.43.n.8. & ſeq.lib.3. atquè adeò tanquàm ampliatiua comprehendit omnes caſus, qui ſuccedere poſſunt, Aret. in l.ventre, n.8. ff.de acquir. hæredit. Cephal. conſ.688.nu.7.lib 5.Decian.cōſ.57.n.26.lib.1. qui non ſolum appellat dictionem huiuſmodi valdè prægnantem, ſed dicit denotare vniuerſaliter omnem modum, qui excogitari poteſt, etiam improprium, Mandoſ. de priuileg. ad inſtar, gloſ. 14. nu.1. quin etiam comprehendit omnes alios caſus requirentes ſpecialem expreſſionem, c. qui ad agendum, de procurat. in 6. Clement. non poteſt, vbi Vital. & alij eod. tit. Rota in nouiſſ. deciſ. 106. num. 1. part. 1.
3 Ac proindè poteſt intelligi de ſimilibus, aut maioribus expreſſis, cum plurimum augeat, Alex.d.conſ.30.col. 2. num. 16. cum ſit apta non ſolum comprændere ea, quæ alias ex natura ſermonis non comprænderentur, Rolan.d.conſ.5.nu.48. Gabr. conſ.20.num.18. lib.3 Rot. Auenionen. deciſ. 110.n.1. Sed etiam quòd diſpoſitio non reſtringatur ad habilitatem, & eo maximè quando fuit pluries repetita, per ea quæ tradit Crauett. in conſ. 294. num. 3. verſ. & multum in terminis.

Quod

Quod adeò verùm eſt, vt neque poſsit fieri reſtrictio ex defectu rationis, Bart. in l. proſpexit, in princ. ff. qui, & à quib.

DICTIO CC. XXII.

QVOTIES.

QVoties eſt dictio repetitiua, vt exponit tex. in l. ſicut in annos, ff. quemad. vſufruct. amit. Alciat. in conſ. 6. nu. 38. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Quouiſmodo, dictio, impedit interpretationem reſtrictiuam.*
2 *Fœmina dotata vigore Statuti, nihil prætendere poteſt de bonis paternis.*

DICTIO CC. XXIII.

QVOVISMODO.

1 DIctio iſta geminata impedit interpretationem reſtrictiuam, & includit etiam maiora expreſsis, gloſ. in Clemen. ne Romani, in verbo, quouiſmodo, de election. & in c. fin. de ſent. excommunic. in 6. in verbo, quouiſmodo, Natt. conſ. 436. nu. 19. tom. 2.

Vndè

Vndè fit, vt non poſſit quis ex aliqua cauſa,
2 titulo, ſiuè iure, aliquid petere: ſicut fœmina dotata, quæ vigore Statuti nihil petere poteſt quouiſmodo de bonis paternis, Cephal. conſ. 13.n. 12.lib. 1. Ruin.conſ.98.n.11. tom.2.

SVMMARIVM.

1 *Quouſquè, eſt dictio limitatiua, & repetitiua ſimul.*
2 *Importat conditionem.*

DICTIO CC. XXIV.

QVOVSQVE.

1 QVouſquè, eſt dictio limitatiua, & repetitiua ſimul, l. ſicut in annos, ff. quib. mod. vſufruct. amit. Caſtrenſ. conſ. 87 nu. 9. par. 1. notat Bart.in l.final.ff.ad Tertill. l. Imperatores, C.de manumiſſ. teſtam. l. 1. §. ne autem, C.commun. ſeru. manumiſ. Dec.conſ. 637. nu.13. tom.2. Corbol. de iur. emphyt. cap.15. limit.4.nu. 1.
2 Importat etiam conditionem, Iaſ. in l.ſi ſufficit, nu. 5. ff. de condit. & demonſtrat. Mareſcott. var.reſolut.cap.4.n.9. lib. 1.& cap.46. nu 4.lib.2. Hinc ſtatutum fœminarum excluſiuum propter maſculos, operatur earundem

exclu-

excluſionem ad tempus, nimirùm quandiù extabunt maſculi, l. 1. §. fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. ſiuè, §. tamdiù, de condit. furt. Rot. apud Farinacc. deciſ. 475. num. 1. in fin. vol. 2. vbi de communi in nu. 2. & Socc. Iun. conſ. 1. nu. 1. & ſeq. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, Ritè, & Rectè, propria ſignificatio.*

DICTIO CC. XXV.

RECTE, & RITE.

1 Dictio, Rectè, ſignificat iuſtitiam, & merita cauſæ. Ritè, autem ordinem, & ſolemnitatem procedendi: has eorum proprias ſignificationes, probat text. cum gloſ. in verbo, rectè, in l. 2. de inoffic. teſtam. vbi Doctor. & præſertim Angel. & rurſus comprobat alter text. in l. non putauit, §. non quæuis, cum ibi notat. ff. de bon. poſſ. contra tab. vbi Bart. & latiùs in l lecta, col. 3. ff. ſi cert. petat. Ant. de Butr. in prœm. Decretal. per ea, quæ voluit gloſ. in l. iuſtè poſsidet, ff. de acquir. poſſeſsion. & in l. ſed etſi lege, §. Sæiæ, ff. de petit. hæredit. quibus adde l. 2. ff. ſolut. matrimon. Et plura de his dictionibus ponit Tiraquell.

in

in præfat. l.ſi vnquam, nu. 33. 34. & 35. C. de reuocan. donat.

SVMMARIVM.

1 *Reſiduum, verificatur in eo toto, quod remanet.*

2 *Et arguit ſolutionem partis, ad quam quis tenebatur, & nu. 3.*

DICTIO CC.XXVI.

RESIDVVM.

1 PRopriè dictio iſta verificatur in eo toto, quod remanet, l. 2. C. de hæred. inſtit. l. qui non militabat, §. vltimo, & ibi Bald. ff. eod. tit. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 72. numer. 17. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 71. num. 22. part. 1. Seraphin. deciſ. 544. nu. 2. vol. 1.

2 Et arguit ſolutionem partis, ad quam quis tenebatur, Bal. in l. ab Anaſtaſio, C. mand. propè fin. Seraphin. deciſ. 1617. nu. 13. vol. 2.

3 Et ob id dictio iſta præſupponit partem ſummæ debitæ, omninò ſolui debere, alias non poſſet vocari reſiduum, vt voluit idem Seraphin. in deciſ. 224. nu. 2. eod. vol.

DI-

DICTIO CC.XXVII.

RETRO.

Iſta eſt ſimilis dictionibus, olim, & quondam, & ſignificat tria tempora, quæ poſui in dictione, quondam.

SVMMARIVM.

1 *Relictis, dictio, quomodo intelligatur, & numer. 2.*

DICTIO CC.XXVIII.

RELICTIS.

1 Hæc dictio, intelligitur de relictis in vltima voluntate factis, prout eſt text. in l. 1. in fin. ff. de tabul. exhiben. in l. verbum relinquendi, ff. de verbor. ſignificat. notat Bart. in l. vnum ex familia, in princip. ff. de legat. 2. Dec. conſ. 496. num. 14. tom. 2. vbi
2 dicit, etiam largo modo, hanc dictionem adaptari poſſe ad illud, quod diſponitur inter viuos, & allegat text. in §. Item non alias, Inſtit. de adoption.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Rurſus, dictio, quomodo accipiatur, & nu. 2.*
3 *Nonnunquam accipitur pro, poſtea.*
4 *Aliquando pro, è contra.*
5 *Aliquando pro, ideſt.*
6 *Quandoq. eſt repetitiua quandoq. cõtinuatiua.*

DICTIO CC. XXIX.

RVRSVS.

1 SEcundum legis diſpoſitionem dictio, Rur-
2 ſus, accipitur pro, toties, quoties. Secundum verò diſpoſitionem hominis intelligitur pro ſecunda vicè, Bal. & Alex. in l. ſi cum dotem, §. 1. nu. 8. ff. ſolut. matrim. l. quicunquè, C. de Epiſc. & Cler. l. pacta, ff. de contrahen. emptio. l. 1. §. ſi cui, ff. vt leg. no. caue. Bart. in l. fideicommiſſa, & in l. eum qui, vbi etiam Alex. & Aret. ff. de verbor. obligat.

3 Nonnunquam accipitur pro, poſtea, vel
4 quaſi, text. in l. arbor, ff. comm. diuid. Aliquando pro, è contra, l. 1. C. de probat. §. rurſus, auth. de nupt. & l. quicquid, ff. de verb. obligat.

5 Aliquando, pro, ideſt, auth. vt nullus fabricet
6 oratorij domum, in princ. Quandoq. verò eſt repetitiua, & quandoq. continuatiua, l. veluti, §. hæc vxor, ff. de eden. & l. ſicut, ff. ſi vſufruct. petat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Saltem, verificat diſpoſitionem, ſi militat qualitas, cui adiungitur.*

DICTIO CC. XXX.

SALTEM.

1 NAtura dictionis, Saltem, eſt, vt diſpoſitio verificetur, ſi militat qualitas, cui adiungitur, ita probat text. iunct. gloſ. in c. ſtatutum, §. cum verò, de reſcript. lib. 6. & ibi Io. Andr. in nouell. & in addit. ad Specul. Barbat. in l. ſi ità legatum, de aur. & arg. legat. & in l. 1. de iur. codicill. comprobat hoc idem Corn. in conſ. 65. num. 6. vol. 4.

Denotat etiam diminutionē, d. c. ſtatutum, §. cum verò, cum ibi notat. ſuper verbo, ſaltē. Et eſt quoquè ſubſidiaria, l. 1. C. de emendat. propinq. notat Bart. in d. l. 1. poſt princ. ff. de iur. codic. Caſtren. cōſ. 79. n. 7. par. 1. Pariſ. alios allegans cōſ. 34. n. 7. lib. 3. Bal. in d. l. ſi ita, col. vltim. & Corn. conſ. 190. circa princ. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Saluo, eſt modificatiua, & reſtringit id,*

id, quod in præcedentibus dictum eſt. Amplia, vt in num. 2. & 3.

DICTIO CC.XXXI.

SALVO.

1 EST huiuſmodi dictio, modificatiua, & reſtringit id, quod in præcedentibus dictum eſt, gloſ. in l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. in l. item labeo, §. purè, ff. famil. herciſc. notat Angel. in conſ. 27. 42. & 290. Dec. in conſ. 656. nu. 6. tom. 2. Rol. & alij ab ſe adducti in conſ. 54. nu. 13. tom. 4. Alex. in l. Iudex poſtea quàm, n. 6. ff. de re iudic. Pedemont. deciſ. 164. n. 7. Surd. conſ. 572. n. 20. lib. 4. Dec. conſ. 28. nu. 2. tom. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 303. nu. 27. cent. 4. lib. 2. Alciat. de præſumpt. præſumpt. 28. num. 4.

2 Nec ſolum modificat præcedentia, ſed etiã ſequentia, vt latiſsimè vtranquè conluſionem probat Pariſ. in conſ. 70. num. 15. cum pluribus ſequent. vol. 3. Alciat. conſ. 101. num. 12. vbi de communi, Becc. conſ. 74. num. 14. Menoch. conſ. 4. num. 24. & conſ. 61. num. 17. Surd. in præcitat. conſ. 572. num. 20.

3 Tanta eſt enim virtus modificationis prædictæ, vt ibi non inuenit, quod modificet, orationem præcedentem extinguat,

& in negationem reſoluat, l.ſi quis à filio,§.1. vbi gloſ ff de legat.1.Oſaſch.deciſ.Pedemont. 164. num. 10. Dec. conſ. 42. num. 12. tom. 1. & d. conſ. 656. num.5. Natt. conſ.372. in fin. Crot. conſ. 79. num. 56. & Rolan. conſ. 54. num. 14. tom.4. Et plura de hac dictione poſuit Alberic. in ſuo diction. in verbo, Saluo, vbi poteris videre.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sanè, multipliciter ſumitur.*

DICTIO CC.XXXII.

SANE.

1 Dictio, Sanè, ponitur aliquando aduerſatiuè, l. præcipimus, C. de appellat. Aliquando pro dictione, ſed., l. hæreditas, ff. de acquir. rer. dom. Aliquando pro, plenè, l. ſi pro fundo, C. de tranſact. Aliquādo exponitur, ideſt, ſapienter 24. quæſt. 3. c. ſanè, & text. in l. exigendi, C. de procurat. Et aliquando modificatiuè, l. 1. §. final. ff. de ſeruit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Securè, aſſecurat ſuper ſpolio.*

2 Princeps

2 *Princeps ſi dederit alicui licentiam intrandi ſecurè poſſeſſionem, non poteſt conueniri ſuper ſpolio.*

DICTIO CC.XXXIII.

SECVRE.

1 Dictio, Securè, importat, vt ſi quis dubitat ſpoliari de poſſeſsione prædij, non poſsit conueniri ſuper ſpolio, ita notant Doct. in c. 2. de pact. & in l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtituen. & eſt gloſ. in l. 1. C. ſi aduerſ. ſolut.

2 Vndè fit ſi Princeps dederit alicui licẽtiam intrandi ſecurè poſſeſſionem, tunc poteſt ingredi (omni timore poſtpoſito) nec poteſt ſuper ſpolio conueniri, argum. l. quidam conſulebant, ff. de re iudicat. l. Princeps, ff. de legib. & tradit Matth. Afflict. deciſ. 361. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Secundum, eſt limitatiua, & reſtrictiua præcedentium, & num. 2.*
3 *Ponitur cauſaliter, & conditionaliter.*
4 *Contrarium.*
5 *Ponitur etiam aliquando pro dictione, iuxta.*

DICTIO CC. XXXIV.

SECVNDVM.

1 HÆc dictio, eſt limitatiua, & reſtrictiua præcedentium, c. Abbate, de verb. ſignificat.not. Bart. in l. eum qui, §. Iulianus, ff. de conſtit. pecun. & in extrauag. ad reprimen. verſ.prout,Gozad. conſ.72. nu.11. verſ. nam dictio ſecundum, Grat. cum alijs per eum adductis in conſ. 103. num. 20. lib. 1. & in conſ. 26. num. 24. lib. 2. text. in l. ædita, C. de æden. Dec. conſ. 194. num. 1. tom. 1.

2 Limitat, nanquè promiſsionem, ſeù diſpoſitionem, auth. presbyteros, C. de Epiſc. & Cleric. Dec. conſ. 195. in princ. tom.1.Gozad. conſ. 31. nu. 18. Socc. Iun. conſ. 122. nu. 23. vol.3. Neuizz. conſ. 12. nu.4. Surd. conſ. 460. num. 70. lib. 4.

3 Habet, & aliam naturam, & poteſt intelligi cauſaliter, & conditionaliter, vt hoc exemplo explicatur. Si dicat Iudex condemno talem in pęnam centum, ſecũdum formam Statutorum, ſenſus certè eſt condemnare, dummodo Statutum id dicat, & per cõſequens facit cõditionem, videlicèt, ſi Statutũ diſponat huiuſmodi pęnam, teneat ſententia, alias corruat,

& ſit

& ſit nulla quaſi in ea falſa cauſa ſit adiecta: & hoc confirmatur per text. in l. qui teſtamento, ff. de excuſat. tut. & ſic Iudex, quia ſententia eſt nulla, non poteſt dici, quod faciat litem ſuam, l. cum ad præſens, & l. ſequen. ff. ſi cert. petat. vel perindè eſt, ac ſi ſententia lata non fuiſſet, cum in ea fuerit adiecta conditio ſecundum formam Statutorum, quæ cum defecerit, ſententia certè infirmatur, Iaſ. in l. admonendi, num. 37. ff. de iur. iur. Bart. in l. cum quis, §. Iulianus il 2. ff. de conſtit. pecun. Aret. conſ. 76. num. 5. & 6. Grammat. deciſ. 52. num. 21. & ſeq. Boer. deciſ 247. num. 11. Curt. Iun. conſ. 97. num. 4. Neuizzan. conſ. 12. num. 10.

4 Sunt tamen, qui contrarium ſenſerunt, nempè quòd non faciat conditionem, & præſertim text. in l. ſerui, C. de contrahen. & committen. ſtipulat. in d. l. cum qui, §. Iulianus, & ibi Bart. & in l. ſi teſtamentum, C. de inſtit. & ſubſtitut. vbi etiam Bart. Et ideò condemnatus ad dandum quinquaginta ſingulis annis Sempronio, vel aliquid aliud ſecundum ſolitum, vel ſecundum quod fecerunt ſui Prædeceſſores, & tamen ſi reperiatur eum nunquam ſoluiſſe, nequè eius Prædeceſſores, voluerunt nihilominùs ex iuribus ſuperiùs allegatis, illum ad ſoluendum teneri.

5 Ponitur etiam iſta dictio pro, iuxta, l. quidã hyberus, ff. de acquir. rer. dom. Bar. in extrau. ad reprim. in verſ. prout tibi videbitur. cũ ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sed, ponitur aduerſatiuè.*
2 *Item poſita ſine copula, denotat diuerſitatem iuris, & facti.*
3 *Et quid cum copula.*

DICTIO CC.XXXV.

SED.

1 Ponitur dictio, Sed, aduerſatiuè, l. ſed etſi quis, §. quęſitum, ff ſi quis caut. l. ſed etſi, in princ. & ibi Bart. ff. de petit. hæredit. l. ſed ſi tantum, ff. de pact. l. ſi autem, ff. de neg. geſt. l. certum, ff. de rei vendic. l. 2. verſ. cæterum, ff. ſolut. matrim. Grat. conſ. 15. num. 17. lib. 1. Pariſ. conſ. 45. num. 8. lib. 3. Alberic. in diction. in verbo, ſed.

2 Quando enim ponitur ſine copula, denotat diuerſitatem iuris, & facti, l. hoc ampliùs, §. de his autem, & ibi gloſ. ff. de damn. infect. Dec.
3 conſ. 386. nu. 7. tom. 2. Quando verò ponitur cũ copula, denotat diuerſitatem facti, & identitatem iuris, d. l. ſed etſi, in princ. & ibi gloſ.

Et

Et quod diximus de dictione, ſed, dicendum eſt etiam de dictionibus, cæterum, autem, & ſimil. vt eſt text. in §. relegati, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit. & in §. legatarijs, Inſtit. de teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Semper, quid importet, explicatur, & enodatur, cum num. ſequent.*

DICTIO CC.XXXVI.

SEMPER.

1 Regula eſt, vt dictio, Semper, denotet temporis perpetuitatem, & continuationẽ, l. ſeruitus, ff. de ſeruit. tit. general. l. 1. ff. ſolut. matrim. vbi omnes Doctores ferè hoc probãt, Socc. conſ. 11. nu. 5. vol. 1. vbi ait huiuſmodi dictionem æquipollere vniuerſali, & allegat quod cantatur ab Eccleſia, ſcilicèt: Et nunc, & ſemper, &c. idem Socc. conſ. 54. num. 10. vol. 4. Bero. conſ. 80. nu. 9. vol. 2. dicens, quod excludit omnem temporis pręfinitionem, latè Surd. conſ. 179. num. 14. & ſeq. lib. 2. Dec. conſ. 73. col. 2. & conſ. 38. num. 4. tom. 1. Curt. Iun. conſ. 22. col. final. Gozad. conſ. 102. num. 7. Pariſ. conſ. 37. num. 24. vol. 2.

Ruin.conſ.128.col.final.vol.1. Simon. de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. dubit. 5. num. 19. & ſequen. idem Surd. conſ. 241. nu. 32. & latiùs conſ. 281. num. 18. & ſeq. lib. 2. conſ. 403. num. 70. & conſ. 448. num. 7. lib. 3. Pariſ. conſ. 90. nu. 28. lib. 2. & conſ. 92. num. 11. lib. 3. Mareſcott. cum alijs per eum congeſtis variar. reſolut. cap. 25. num. 5. lib. 2. Surd. deciſ. 255. nu. 7. & deciſ. 112. nu. 4. Rot. deciſ. 359. num. 3. part. 1. diuerſ. Soccin. Iun. in d. l. 1. nu. 70. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. nu. 13. de conſtit. tex. in l. ſemper, ff. de iur. immunit. in l. ſemper, ff. ſolut. matrimon. in l. in cognitione, ff. ad Sillan. & in l. ſemper, ff. quod vi aut clam, Roman. conſ. 407. num. 4. Rolan. à Vall. conſ. 23. nu. 18. tom. 4. Quod etiam comprobatur ex his, quæ ponit Bart. poſt gloſ. in verbo, ſemper, in d. l. 1. ff. ſolut. matrimon. & poſt eum ibi Angel. Imol. Roman. & Bald. Soccin. Sen. conſ. 54. num. 10. vol. 4. §. ſerui verò à dominis, & ibi Aret. Inſtit. de libert. Rot. deciſ. 128. numer. 3. part. 2. in nouiſſ. & meliùs fuit deciſum in Spoletana Bonorũ apud Farinacc. deciſ. 24. num. 14. vol. 1. in alia apud eundem deciſ. 455. num. 3. eod. vol. & rurſus in deciſ. 231. num. 4. vol. 2. pluraquè habes ad ſaturitatem apud Boer. deciſ. 158. numer. 1. & ſequent.

2 Imò hæc dictio æquipollet dictioni, perpetuò,

tuò, & inuicem ſynonime procedunt, Pariſ. d.conſ.30.nu.24.vol.2.Bero.d.conſ.80.num.9. Curt.Iun.conſ.161.num.12.Rolan.d.conſ. 23. num.20.Surd.conſ.545. nu.9.lib.4.

3 Habetq. tractum in futurum, & notat tempus in ſæcula ſæculorum, & ſine præfinitione, Bart.in l.annua, ff. de ann.legat. latè Roland. d.conſ.23.n.38.& 39.Doct.in c ſi gratioſè,ſuper verbo,perpetuò,de reſcript.in 6.Caputaq. deciſ.35.n.9.part.2. Ferret. in c. cum omnes, nu.37.in fin.de conſtit.Card.Mantic.deciſ.39. num.7.verſ. quartum adminiculum.

4 Limita tamen, vt iſta dictio ſemper ſui natura reſtringatur à lege ad ſpatium triginta annorum, vt eſt text. cum gloſ. in c.1. verſic. quandocunquè, de feud. dat. in vic. leg. & ibi Iſern. Bald. Martin. Laud. Aluar. Card. Alex. & alij, gloſ.in l.1.verſic.præſcriptionem, C.de bon.mat. Surd. videndus deciſ.2.nu.10.& 12. & latè Tiraquell. de retract.conuent.§.1.gloſ. 2.num.9.

5 Et maximè in materia præſcriptionis, non importare temporis præfinitionem, ſed reſtringi ad triginta annos, poſt gloſ. voluerunt Bald. & alij in ſupracitata l. 1. ff. ſolut. matrimon. Tiraquell.loco proximè citato nu. 10. gloſ. & Doct.in l.2. vbi Cagnol.C. de pact. inter emptor. & venditor. Surd. d. deciſ. 2. num. 12.

6 Ra-

6 Ratio eſt, quia quando dicimus, ſemper, intelligimus ſecundum ſubiectam materiam, Bald. in l. aduerſus, in fin. C. de vſur. Iaſ. in d. l. 1. nu. 35. Mareſcott. d. cap. 25. nu. 5. Surd. d. conſ. 448. nu. 26. Tanto magis, quia verba ſemper debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, l. Inſulam, ff. de præſcript. verb. l. Proculus, ff. de vſufruct. Neuizan. conſ. 92. num. 16. Natt. conſ. 416. nu. 3. Cephal. conſ. 176. nu. 37. Pedemont. deciſ. 35. nu. 37. Becc. conſ. 101. nu. 40. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 104. nu. 28. Surd. d. deciſ. 2. nu. 13.

7 Item limita, quando contractus eſt celebratus cum Principe, Socc conſ. 86. num. 10. & 16. vol. 1. & conſ. 166. nu. 11. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 145. num. 56. vol. 1. & Surd. in ſæpè citata deciſ. 2. num. 2. & 3. & ſeq. Et ratio eſt ſecundum eum in d. nu. 3. quia Princeps poteſt præſcriptionem tollere, l. præſcriptio, C. de oper. public.

8 Ex quibus ſume notabile, quod etiã dictio, ſemper, verificatur in vno anno, duobus, vel tribus, vt eſt tex. in l. aduerſus, & ibi gloſ. & Bal. ad fin. C. de vſur. & Alex. in conſ. 173. nu. 5. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sæpè, verificatur in vnica vicè. Sæpiùs in duabus. Sæpiſſimè in tribus, & n. 2. & 3.*

DI-

DICTIO CC.XXXVII.

SÆPE, SÆPIVS, & SÆPISSIME.

1 DIctio, Sæpè, verificatur in vna vicè tan-
2 tum, Sæpiùs in duabus vicibus, l.maritus, §. conqueſtus. ff. de adul. l. final. iunct. gloſ. C. ſi ſæp. in integr.reſtit. l. final. §. & hæc quidẽ,& ibi Salic. & Alex. C. de iure delib. Natt. conſ. 410. n. 19. tom. 2. l. ſæpè, de re iudic. Grat. cõſ. 150. n. 8. lib. 2. Gail. cap. 7. de arreſtis, n. 15.
3 Sępiſsimè verò trinum actum requirit Speculat. in tit. de inquiſit. §. 1. col. 1. Alex. in l. ſi idẽ, in prin. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſępius, ſuperiùs citata col. 2. Et plura de his dictionibus vide apud Alberic. in dict. in verbo, ſæpè.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Seù, oſtenditur, & declaratur. Ampliatur, & limitatur, & num. ſeqq.*

DICTIO CC.XXVIII.

SEV.

1 REgulariter dictio, Seù, eſt omninò diſiunctiua verborum, ſicut dictio, aut, ſed ſenſum

ſenſum coniungit, & in effectu habet vim copulæ, l. 1. §. ſublata, ff. ad Trebell. l. generali, C. de ſacroſ. Eccleſ. notat Bart. in l. ſi quis ità, ff. de aur. & argent. legat. Alex. conſ. 79. nu. 5. lib. 5. Curt. Iun. in l. pręcibus, nu. 47. C. de impuber. & alijs ſubſt. l. ad protegendum, & ibi Bart. C. de in lit. dand. tut. l. 1. C. commun. de legat. ibi, legato, ſeù fideicōmiſſo, Caſtren. conſ. 318. nu. 4. part. 1. & ibi addit. in liter. B. Bald. conſ. 331. num. 6. lib. 3. Corn. conſ. 198. num. 4. vol. 3.

2 Quæ concluſio limitatur, quando ſumus in diſpoſitionibus, quibus fit larga interpretatio, vt in legatis; tunc enim hæc dictio non ſtat diſiunctiuè, ſed augumentatiuè, & ampliatiuè, itaut faciat vtrumquè deberi, eſt text. notab. & ibi Bart. in d. l. ſi quis ita, notant Cin. & Bald. in l. penultim. C. de verbor. ſignificat. Bart. in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Ant. de Butr. in c. inter cæteras, de reſcript. ibiq. Imol. & Dec. col. 3. & Franc. Rip. numer. 44. Alex. conſ. 193. numer. 4. lib. 2. Iaſ. conſ. 64. col. 3. lib. 1. qui decidit hanc quæſtionem per d. l. ſi quis ità, & ponitur ab eo caſus tali pacto. Filium ex aſſe hæredem volo, filię cum viri potens erit fundum ſuburbanum, ſeu ædes meas, quæ in via lata ſunt, do, lego. Filia viri potens petebat fundum, & ædes, filius dicebat, alterum

tan-

tantum deberi: conſultus Alex. à Iudicibus, reſpondit vtrunquè deberi, & dicit ita iudicatum fuiſſe, quia dictio, ſeù, in legatis non diſiunctiua, ſed augumentatiua eſt, & copulat non diſiungit, Alex. d. conſ. 193. in addit. ſub nu. 4. in litera B. licèt ibi. in fin. contrariam opinionem videatur ſentire Bald.

Quod autem augumentatiuè ponatur, conſuluit Natt. in conſ. 625. n. 11. tom. 3. Menoch. in conſ. 582. nu. 2. lib. 5. & decidit Marc. Ant. de Amat. in deciſ. Prouinc. March. 104. num. 46. eſt gloſ. in c. bonæ il 1. in gloſ. final. de poſt. Prælat. Card. in Clement. 1. §. pono, de Summ. Trinitat. & Fid. Cathol. Abb. in d. c. inter cæteras, in fin. Vndè dicebant Bald. & Paul. in l. cum quidam, C. de legat. quòd ſi teſtator legat libros, quos habebat Bononiæ, ſeù Paduæ, omnes debentur, tradit Ioan. Oinot. in princ. num. 35. Inſtit. de interdict. Roman. conſ. 363. nu. 2. ibiquè Mandoſ. in addit. in litera C. Bal. conſ. 442. num. 2. lib. 1. Crauett. conſ. 105. num. 6. Roman. conſ. 179. num. 7. & Borgnin. de yſufruct. mulier. relict. capit. 9. numer. 48.

3 Amplia, vt non ſolum locum habeat in legatis, verùm etiam in donationibus, & beneficijs, in quibus fit largior interpretatio, quàm in vltimis voluntatibus, c. cum dilecti, de donat. in fin. l. legatum, ff. de leg. 2. & in ſpecie

ſpecie firmat Bald. in ſupracitata l. 2. C. de verbor. ſignificat. Alex. in d. conſ. 193. ſub num. 4. Anchar. quæſt. 69. num. 11. par. 1. Crem. en. ſingul. 56.

4 Limita, quando iſta dictio caderet inter dictiones ſingularis numeri, putà ſi teſtator legat equum album, ſeù nigrum; nam tunc legatarius non habebit niſi vnum equum; ità tenet Bald. in d. c. inter cæteras, quod dicit mirabile Iaſ. in d. l. cum quidam, nec alibi legiſſe, & quantum ad ſe reputat periculoſam limitationem.

5 Limita, quia licèt huiuſmodi dictio augeat, tamen non debet augere immoderatè, ità reſtringit Iaſ. vbi ſupra referẽdo adhoc Archid. in c. ſi ego, & in c. Statutum, §. cum verò, de reſcript. in 6. quod dicit eſſe magnum dictum, quoad ſe tamen dubiũ, & relinquit dubitandũ.

6 Limita vltra Iaſ. & reſtringe in contractibus in quibus non fit ita plenior interpretatio ſicut in legatis, ità tenet Ioan. de Imol. in d. c. inter cæteras, & ibi etiam Fel.

7 Poteſt etiam ſtare correctiuè, Aret. in Rubric. Inſtit. de except. nu. 2. Rot. deciſ. 185. nu. 3. par. 2. diuerſ Mandoſ. ad Roman. in addit. conſ. 179. n 7. verſ. regulariter in litera D. vbi plures adducit, & fuit dictum in Gerunden. Vini 4. Maij 1616. coram R. P. D. Pamphilio. Et licèt denotet diuerſitatem,

ple-

plerunquè tamen ponit identitatem, quia vt ait Innocent. in c.1.extr. de except. multiplicatis verbis, idem repetit.

8 Item poſita inter dictionem, coniunctos, ſeù conſortes, ſtat declaratiuè pro dictione, ideſt, c. 1. & ibi notat Archid ſuper verbo, ſeù, de cognat. ſpiritual. & in c. 1. de exceſſ. Prælat. lib. 6. text. in l. vbi pactum, cum ibi notat. per Doctor. C. de tranſact. & in l. 2. ff. ad leg. Aquil. Alex. cum alijs per eum relatis in conſ. 125. nu. 2. lib. 7.

9 Aliquando tamen neque coniungit, neque diſiungit, ſed eſt ordinis deſignatiua, Bellam. conſ. 39. n. 8. & Mandoſ. ad Roman. in d. conſ. 179. nu. 7. verſ. ſcias etiam, vbi pleniùs.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Si, diuerſimodè concipitur, & num. ſequentib.*

DICTIO CC.XXXIX.

SI.

1 Dictio, Si, facit conditionem, Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat. l. decem cum petiero, ff. de verbor. obligat. Gozad. conſ. 51. nu. 10. Honded. conſ. 60. nu. 24. conſ. 6. num. 18.

num. 18. conſ. 16. num. 36. & conſ. 34. nu. 5. vol. 1. Grat. conſ. 48. nu. 6. lib. 1. conſ. 26. nu. 21. conſ. 43. nu. 32. conſ. 50. nu. 10. & conſ. 49. nu. 7. lib. 2. Pariſ. conſ. 18. nu. 1. lib. 2. Ruin. conſ. 70. num. 9. tom. 2. Socc. Iun. conſ. 46. nu. 23. vol. 4. Nicol. Genua in tract. de verb. enunciat. quæſt. 4. nu. 17. lib. 3. Et maximè relata ad futurum tempus, l. Titio, in princip. ff. quand. dies legat. ced. l. qui promiſsit, ff. de condit. indebit. notat. in l. 1. C. de his qui ſub mod. Bald. conſ. 150. nu. 7. lib. 5. Alex. conſ. 127. nu. 2. & 7. lib. 7. & dixit Rota in Ciuitatis Caſtelli Supplementi legitimæ, prima Februarij 1608. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto, & in alia Calaguritan. Benefic. inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 505. nu. 1. vol. 2.

2 Limita, vt ad euitandum abſurdum ponatur pro, quamuis, & ad inducendam concordiam in depoſitione teſtium, vt notatur per gloſ. in l. has cauſas, & in l. data, ff. de condit. & demonſtrat. eſt text. in l. pater ſcientiam, §. conditionum verba, ff. eod. tit. & in l. Proculus, ff. de vſufruct. Bologn. ad conſil. Ioan de Anan. 55. nu. 8. gloſ. in l. & puto, ff. famil. herciſc. in l. ſi pater, ff. de vulgar. & pupill. text. in l. cum iuſtè, C. de donat. ante nupt. Alex. in conſ. 64. num. 4. lib. 4. & Franc. deciſ. 231. num. 2. par. 2.

3 Proindè dicendum eſt, quod ſtet cauſatiuè non

non autem conditionaliter, præſertim quando aliquid additur, quod requiritur de neceſſitate actus, latè Bart. in d. l. 1. col. . , ff. de condit.& demonſtrat.Rip.in l.hęc verba,nu. 2. ff. de legat. 1. Alex. in l. qui Romæ, §. Augerius, nu. 2. verſ.in textu,ff. de verbor.obligat. Quod etiam ampliatur multis modis.

4 Et I. in legato partus Ancillæ,vel ſi relinquatur vinum talis vineæ ſub conditione, videlicet, ſi naſcatur, quia quod requiritur de neceſsitate actus, non eſt conditionale, d. l. 1. in fin. & Iaſ. in l.quod in rerum, in princ. ff.de condit. & demonſtrat.

5 I I. Amplia, in tutore ſub his verbis conſtitutus, ſi ſatiſdederit; tunc enim neque eſt conditionalis, text. in l.muto,§.1.ff.de tutel.

6 I I I. Amplia, in mandato Papæ de prouidendo aliquem de beneficio, ſi dicat, ſi erit idoneus, ſecundum gloſ. in Clement. 1 verſ. reperierint, ff. de offic. deleg. quæ quidem gloſ. concludit valere collationem beneficij, etiamſi ille ſit inhabilis, & indignus, quia illa verba, ſi idoneum eum inueneris, inducunt potiùs monitionem, quàm conditionem; quam gloſ. ſequitur Bart. in allegata l. muto, §. 1. Caſtrenſ. & Rip. in d. l.hæc verba, num. 4. Panormit. & Felin. in c. final. de præſumpt. & Iaſ. in l. final. col. 6. C. vnde legit.

7 I V. Amplia, quod nec minùs huiuſmodi collatio beneficij ſit conditionalis, ſi illi addantur verba, ſi vacat, ſi ſolitum præſtiterit iuramentum, vel, ſi propria beneficia reſignauerit, ſecund. gloſ. & Panorm. in c. ſignificaſti, de elect. & Rip. vbi ſupra num. 5.

8 V. Amplia, in illis verbis ſi præſtiterit cautionē de indemnitate Eccleſiæ: nam per hanc dictionem, ſi, non redditur gratia conditionalis, nec minùs ſi dicatur, ſi, fecerit reſidentiam, Archid. & Io. Andr. in c. 1. de iur. iur. lib. 6. & in Regula actus legitimi, de Regul. iur. Gemin. conſ. 83. incipien. quia iſtud dubium, col. 2. Et ratio eſt, quia iſtæ conditiones, de iure tacitè inſunt, vt dicit idem Rip. in loco ſuperiùs num. 6.

9 VI. Amplia, in illa ſtipulatione, ſi Lælius vixerit promitto, quod ibit Romam, quia non eſt conditionalis, ſed pura, cum ex natura obligationis tacitè inſit, gloſ. in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cogant. Dec. conſ. 2. numer. 4. tom. 1. Et licèt huiuſmodi verba ſtipulationis videantur conditionalia, effectus tamen eſt ſimplex, & purus; idcircò Iuris Conſultus in l. Cornelius, ff. de hæred. inſtit. dicit, quod expreſsio conditionis, quæ tacitè ineſt, non facit actum conditionalem quantum ad vim, & efficaciam, licèt faciat conditionem quantum ad naturam verborum, vt benè

benè; & latiùs Rip. in loco ſuperiùs adducto numer. 7.

10 Vlteriùs eadem dictio, ſi habet varias ſignificationes; quandoquè enim ponitur motiuè, quandoquè modificatiuè, d. l. muto, §. ſub conditione, ff. de tut. & l. ſi decem, ff. de verbor. obligat.

11 Ponitur aliquando pro, quia, l. qui centorum, ff. de hæred. inſtit. l. Titium, & Mæuium, §. à Matre, ff. de adm. tut. l. videamus, in princip. ff. de in lit. iur. & Alex. in conſ. 212. num. 32. lib. 6. Hoc tamen intellige eſſe verùm, quando res eſt omninò certa, vt declarat Bart. d. in l. 1. col. 2. Corn. conſ. 119. num. 1. vol. 1. & dicit idem Alex. in d. conſ. 212. eod. num. 32.

12 Interdum ponitur pro, quatenus, Corn. conſ. 178. num. 3. & conſ. 237. nu. 11. vol. 4. & conſ. 133. num. 16. vol. 2.

13 Aliquando ſumitur negatiuè, vt habetur in Pſalmo: Si introibit in requiem meam, ideſt, non.

14 Et quandoquè ponitur ſuperuacaneo modo, & pro non ſcripta habetur, d. l. ſi Titio, ff. quand. dies legat. ced. Alias autem ponitur denunciatiuè, text. in l. in conditione, §. hoc ſcriptum, ff. de condit. & demonſtrat. Prolata tamen à lege importat, & deſignat cauſam finalem, Bart. in l. 1. ff. de donat.

Iaſ.in l.2. §.quod ſi in patris, ff.ſolut.matrim. Gozad.conſ.51.nu.10.& plura ponit Alberic. in dictionar. in verbo, ſi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sibi, importat, vt omne acquiſitum ſit ſuum.*
2 *Appoſita in ſubſtitutionibus ſumitur ſingulariter, & pluraliter.*

DICTIO CC.XL.

SIBI.

1 ISta dictio, Sibi, importat, omne acquiſitum, eſſe ſuum, & ad eam perſonam referenda eſt ad quam magis conuenit, vt referatur Natt. conſ. 508. num. 24. tom. 3. Gabr.
2 conſ. 56. num. 11. lib. 2. quæ ſi apponatur in ſubſtitutionibus poteſt ſumi ſingulariter, & pluraliter, Corn. conſ. 277. ſub num. 2. circa med. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sic, iuncta cum copula præcedenti, ſtat illatiuè.*
2 *Eſt etiam limitatiua.*

DI-

DICTIO CC. XLI.

SIC.

1 Dictio, Sic, iuncta cum copula præcedenti, ſtat illatiuè, ſeù expoſitiuè, vt apertè probatur in c. frequens, in princip. verſ. & ſic, de reſtit. ſpoliat. in 6. & colligitur ex notat. per gloſ. in capit. ex ore, in verbo, præter, de priuil. Ruin. conſ. 102. num. 11. lib. 2. Rot. deciſ. 128. num. 4. par. 2. diuerſ. licèt ibi dicatur, hanc dictionem non ſtare illatiuè, ſed deſignare modum, ideſt, hoc pacto, vt per ibidem allegatos.

2 Eſt quoquè limitatiua, habetquè relationem ad præcedentia, & ſecundum ea reſtringit conceſſionem, Aret. in l. depoſiti, ff. depoſit. notatur in d. c. ex ore, & c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil. & in c. Abbate, de verbor. ſignificat. Grat. conſ. 106. num. 52. & conſ. 21. nu. 80. lib. 2. Rot. apud Farinacc. deciſ. 455. num. 10. vol. 1. deciſ. 432. num. 6. & deciſ. 687. num. 9. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sicut, vel, Prout ſupra, eſt limitatiua, & qualificatiua.*

 2 *Appo-*

2 *Appoſita in priuilegijs, quid importet.*

3 *Princeps in priuilegio cum dictione, ſicut, vel, prout ſupra, affirmat.*

4 *Item habet vim ſignificandi omnimodam ſimilitudinem.*

5 *Limita.*

DICTIO CC. XLII.

SICVT, vel PROVT SVPRA.

1 Iſtæ dictiones ſunt limitatiuæ, & qualificatiuæ ſecundum id, ad quod referuntur, l. ædita, cum ibi notat. C. de eden. l. litem apud, §. quod ait, ff. de iniur. l. 2. C. de error. aduocat. l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtr. Alex. conſ. 23. num. 4. 5. & 6. lib. 7. Rota apud Farinacc. deciſ. 555. num. 6. vol. 2.

2 In priuilegijs autem ſtant cauſatiuè, ne priuilegium reddatur inutile, & ſonant ac ſi dictum eſſet, ita eſt, ad notat. per gloſ. & Doctor. in c. examinata, de confirmat. vtil. vel inutil. & per c. Abbate, de verbor. obligat. Alex. conſ. 16. nu. 28. lib. 5. Roman. conſ. 328. nu. 7. & ibi Mandoſ. in addit. in litera E.

3 Vndè Princeps in priuilegio cum iſtis dictionibus affirmat, Bart. in l. ſi conſtat, ff. de appellat. Alex. vbi ſupra. Alias autem ſtant reſtrictiuè, adeò yt ſi verba ſint latiſsima, reſtrin-

ſtringantur Bart. & alij in d.l. ædita, & idem Bart. in extrauag. ad reprimen. verſ. prout, Alex. conſ. 46. col. 4. lib. 1. Grat. conſ. 94. num. 51. lib. 2.

4 Habet, & vim ſignificandi omnimodam ſimilitudinem, & identitatem, c. Parochianos, de ſent. excomm. l. 1. in princ. ff. de ventr. in poſſeſ. mitt. Roman. conſ. 328. col. 3. verſ. aliquando verò ponitur, Honded. conſ. 86. num. 54. vol. 2. Ang. conſ. 338. num. 3. Ant. de Butr. conſ. 19. num. 4. verſ. item hæc verba; idemquè importat quod ſi diceres eodem modo, vt notatur in l. ſicut, ff. quod cuiuſqu. vniuerſit. Abb. in c. quoniam, extr. de offic. de leg. l. qua ratione, §. licere, ff. de acquir. rer. dom. l. 1. ff. de furt. Gozad. conſ. 8. nu. 18.

5 Hoc tamen aliquando fallit, & eo maximè quando caſus eſt inter habentes diuerſam poteſtatem; nam licèt in c. ſicut, de exceſſ. Prælat. Epiſcopum poſſe vnire beneficia ſicut Papa, non tamen habet omnimodam ſimilitudinem cũ Papa, nec ei in hoc æquabitur, Gemin. conſ. 73. num. 9. verſ. nec obſtat ſi dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Sigillatim, eſt dictio, quæ ſignificat ſeparationem.*

DICTIO CC. XLIII.

SIGILLATIM.

1 SIgillatim eſt dictio, quæ ſignificat ſeparationem, & non inſimul plures, c. præſentium, extr. de teſtib. lib. 6. notat Archid. in c. 15. cui eligendi, de elect. lib. 6. l. ſed etſi per Prætorem, §. final. ff. ex quib. cauſ. maio. & l. cum quidam, C. de verbor. ſignificat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Simile, denotat ſimilitudinem reſpectu facti, modi, & qualitatum abſque vlla difformitate.*

DICTIO CC. XLIV.

SIMILE.

1 DEnotat ſimilitudinem reſpectu facti, modi, & qualitatum abſque vlla difformitate, Innoc. in c. ex reſcripto, de iur. iur. Socc. conſ. 281. num. 3. lib. 2. Gabr. conſ. 8. num. 8. & conſ. 148. nu. 13. lib. 2. Mandell. conſ. 71. nu. 9. & ita tenuit Rot. in Bononien. de Caparellis 17. Iunij 1615. coram R. P. D. Caualerio, & in

& in alia Carpentoracten. Penſionis apud Farinacc. deciſ. 327. nu. 7. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Similiter, eſt dictio, repetitiua.*
2 *Aliquando ponitur nominaliter.*
3 *Aliquando pro, ſicut.*
4 *Denotat ſimilitudinem.*

DICTIO CC. XLV.

SIMILITER.

1 Similiter, eſt dictio, repetitiua, Ruin. conſ. 169. ſub n. 2. vol. 4. quem ſequitur Gabr. concluſ. 9. num. 21. tit. de clauſul. Surd. deciſ. 88. num. 15.

2 Aliquando ponitur nominaliter, ideſt, ſimili officio, §. noſtra, Inſtit. de exhæred. liber.

3 Aliquando exponitur pro, ſicut, l. 1. §. ſed etſi quis, C. de lat. liber. toll.

4 Denotat ſimilitudinem ad præcedentia, §. ſimiliter, Inſtit. de excuſat. tut. l. clemens, ff. de hæred. inſtit. l. 2. ff. pro ſoc. Dec. conſ. 646. numer. 2. & 3. tom. 2. Ruin. conſ. 169. num. 4. vol. 4. Seraphin. deciſ. 1384. num. 1. volum. 2. Et ſumitur, ideſt, æqualiter,

§. venient.

§. venient. auth. de nupt. l. non omnes, in princ. §. huic autem, ff. de re milit.

DICTIO CC.XLVI.

SIMVL.

Dictio, Simul, eſt congregatiua. & ponitur copulatiuè, Bald. in l. 1. §. is itaquè, col. 1. verſ. putant quidam, C. de caduc. tollen. Rol. à Vall. conſ. 62. nu. 14. tom. 3. & eſt text. in c. 1. de conſuet. lib. 6. Pluraq. de hac dictione poſui in dictione, Vna, quia ſunt ſimiles, & denotant vnitatem, Pariſ. conſ. 79. num. 20. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, Simpliciter, æthimologia.*

DICTIO CC.XLVII.

SIMPLICITER.

1 Veram eiuſmodi dictionis æthimologiam expoſuit gloſ. in Clement. ſæpè, verſ. ſimpliciter, de verb. ſignificat. Hoc eſt ſine plica, & duplicatione: tunc enim aliquid ſimpliciter fieri dicitur, quod nihil ſuper additur, text. in l. iubemus, C. de apellat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sine, importat conditionem, adiecta, verbo futuri temporis.*
2 *Et habet tres ſignificationes.*

DICTIO CC.XLVIII.

SINE.

1 HÆc dictio adiecta verbo futuri temporis, vt ſi dicatur non dentur ſine licentia, importat conditionẽ, caſus eſt expreſſus in l. Centurio, in fin. ff de manu. teſtam. Rom. cõſ. 353. n 9. Bald. conſ. 264. n. 3. lib. 1. Vndè conſequenter verba illa ſine licentia reſoluuntur, hoc eſt, non dentur niſi interuenerit licentia.
2 Tria etiam importat; eſt enim priuatiua, negatiua, & excluſiua, l. 1. §. præter, ff. de pignor. actio. Alberic. in diction. in verbo, ſine.

DICTIO CC.XLIX.

SINGVLI.

ATtribuit iſta dictio actum cuilibet inſolidum, vt videtur ſentire Gallial. in l. 2. §. ex his, n. 25. ff. de verb oblig. & Surd. in deciſ. 268. nu. 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Si quis, deſignat maſculinum, & fœmininum.*
2 *Conditionaliter prolata, quid importet.*
3 *Declara.*
4 *Limita.*

DICTIO CC. L.

SI QVIS.

1 Dictio, Si quis,non deſignat ſolum maſculinum ſexum, ſed complectitur fœmininum, ſimul, & intelligitur cum termino communi, quia pronunciatio fit in vtroquè genere; arg. l. cum filio, §. 1. de vulg. & pupill. & quod commune eſt ita ſe habet ad maſculinũ, ſicut ad fęmininũ, l.hominis,ff.de verb.ſignific. Bart.in l.1.ff.de pecul.& in l.ſi quis in tantam, C. vnd. vi, & latè conſuluit Dec. in conſ. 338. nu. 1. tom. 1. & in conſ.391. nu.4. tom.4. ac latiùs in conſ. 570. num. 3. tom. 2.
2 Hinc dubitari ſolet, an dictio, ſi quis conditionaliter prolata ſit ſignum particulare vnius, an verò diſtributiuum tribuens actum verbi cuilibet inſolidum. Et quod ſit ſignum particulare vnius, dicit Bart. in l. ſi is qui ducenta,

centa, §. vtrum, col. final. ff. de reb. dub. & eſt text. in l. ſi neceſſarius, §. ſi annua, ff. de pignor. actio.

Contrarium tenet idem Bart. cũ alijs communiter in l. qui filiabus, §. 1. ff. de leg. 1. inferentes, ſi Princeps ſtatuerit quòd ſi quis prior fuerit ingreſſus Caſtrum habeat centum, pluribus eodem inſtanti ingreſsis quilibet habebit centum; hoc idem comprobant, & concludunt Bald. & Imol. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit.

3 Quid igitur dicendum; hoc modo diſtingue. Aut dictio, ſi quis ponitur inter duos, & conſtat ad vnum referri, tunc erit ſignum particulare vnius ſicut dictio, vter. Aut ponitur inter plures quam duos, & tunc ità ſub diſtingue. Aut ponitur inter eos, quibus ineſt de neceſsitate ordo prioritatis, & poſteritatis, & tunc eſt etiam ſignum particulare, d. l. ſi neceſſarius, §. ſi annua. Aut ordo non eſt de neceſsitate, licèt probabiliter, & tunc eſt ſignum diſtributiuum, d. l. qui filiabus, §. 1.

4 Limita, vt non ſtet diſtributiuè, quando facti qualitas impedit diſtributionem, etiamſi alias eſſet ſignum diſtributiuum, vt ſi diceretur. Si quis prior fuerit in curſu, vel in ingreſſu Ciuitatis habeat filiam talis in vxorem, eo enim caſu, plures eodem inſtanti

inſtanti ingreſſi, vel pares in curſu non eſt dubium, quin ſeſe adinuicem impediant, cum eadem non poſſit eſſe pluribus eodem tempore nupta; & hoc caſu facti qualitas impedit diſtributionem, argum. text. in l. qui ſoluendo, & in l. ſequent. ff. de hæred. inſtit.

DICTIO CC. LI.

SI TAMEN.

Dictio, Si tamen, limitat præcedentia, Bart. & alij in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. Gabr. conſ. 31. num. 17. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Si verò, cuius ſit natura.*

DICTIO CC. LII.

SI VERO.

1 Natura huius dictionis eſt, vt quicquid ſub ea eſt aduerſatiuè diſpoſitum, non præcedat ſi habeat locum id, quod diſpoſitum eſt in præcedenti diſpoſitione, vt probatur in l. ſi ità ſcriptum, & ibi per Bart. ff. de liber. & poſth. & per eundem in l. in repetendis, ff. de legat. 3.

legat. 3. Et hanc eandem naturam habet dictio, ſin autem, ex iiſdem iuribus, ideò non ponitur.

SVMMARIVM.

1 Dictio, Solitum, vtrum poſſit in vna vicè verificari, & per eam inducatur conſuetudo, & num. 2.

DICTIO CC. LIII.

SOLITVM.

1 Controuerſum eſt à Doctoribus, vtrum hæc dictio, Solitum, poſſit in vnica vicè verificari, & per ea inducatur conſuetudo: negatiuam partem tenuerunt Bald. in l. item lapilli, col. 3. verſ. octauo quæritur, ff. de rer. diuiſ. & in l. binos, in fin. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Dec. in Rubric. de conſuet. in fin. col. & in l. certi conditio, §. ſi nummos, col. 2. in fin. ff. ſi cert. petat. Iaſ. conſ. 115. col. 3. vol. 2. Curt. in c. final. de conſuet. in 5. quæſt. princ. Curt. Iun. in tract. feud. q. 4. col. 1. par. 2. & ratio eſt, quia ſolitum non dicitur, quod ſemel tantum fuit.

2 Contrarium puto veriùs, & quòd huiuſmodi dictio etiam in vna vicè verificetur, ad notat.

per

per Bart. in l. 4. §. item mela, ff. de alim. & cibar. legat. & in l. 1. C. quomod. & quand. iud. ibiquè Ang. & Paul. qui atteſtantur de communi, Gabr. concluſ. 2. num. 5. lib. 3. de empt. & vendit. & pro iſta opinione facit quod notat Alex. in conſ. 5. col. final. vol. 5. Corn. in conſ. 28. num. 12. vol. 3. Aret. in §. ex non ſcripto, in fin. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Curt. Iun. in conſ. 19. col. 2. Quinimò per eam induci conſuetudinem, maximè ex vnico actu habente tractum ſucceſſiuum continuatum, notauit Abb. in c. final. col. antepen. in fin. de conſuet. & docuit Felin. in c. cū acceſſiſſent, col. 17. verſ. ſecundus caſus, de conſtit.

Ex quibus infertur pulcherrima illa concluſio relata per Ant. Gabr. in ſuis cōcluſionibus. An res dicatur locari ſolita ex vnica locatione; quam vide apud eundem optimè diſcuſſam in tit. de locat. concluſ. 1. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Solus, excludit omnes alias perſonas.*
2 *Limita, vt non excludat caſus ſimiles.*

DICTIO CC. LIV.

SOLVS.

1 DIctio, Solus, excludit omnes alias perſonas, iuxt. illud Salomonis: væ ſoli: quia

quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe, Eccleſiaſt. 4. c. illud, 7. q. 1. c. in omnibus, diſtinct. 81. c. ſi ſolus Chriſtus, diſtinct. 5. c. quęſiuit, in princip. de verbor. ſignificat. l. 2. ff. de vſu, & habit. l. 1. ibi, ſoli domino, ff. de condit. furt. l. 3. ibi, ſolus Princeps, C. ſi aduerſ. rem iudic. l. 1. C. vbi, & apud quem, l. his ſolis, ff. de condit. indebit. l. his ſolis, C. de reuocan. donat. l. final. & ibi Caſtrenſ. num. 2. C. de leg. latè Dec. in l. 1. num. 5. C. de bon. poſſeſſ. contra tab. Rot. apud Farinacc. deciſ. 445. num. 9. vol. 1. & deciſ. 426. num. 5. vol. 2.

2 Limita, vt non excludat perſonas, & caſus ſimiles, Iaſ. in d. l. 1. numer. 2. C. de bon. poſſ. contra tab. præſertim vbi eſt eadem ratio, vt ibi latè per Iaſ. gloſ. Bart. & cæteros, & in l. ob æs, C. de præd. min. gloſ. ordin. in l. illud, vbi Bald. numer. 4. & alij, C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. in l. ſerui nomine, ff. de vſucap. & in l. ſi conſtante, num. 42. vbi poſt alios latiſsimè Iaſ. num. 84. cum plur. ſequent. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. nullus, in fin. vbi dicit quod excludit diſsimilia, non ſimilia, C. ad leg. Iul. Maieſt. Rip. in l. final. q. 41. C. de reuoc. donat. Euerard. in loc. leg. cent. 721. limit. 2. & Dec. in d. l. 1. num. 5. & 6. cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Solum, eſt taxatiua, & limitatiua.*
2 *Habet vim priuandi ſicut, tantummodo.*
3 *Intellige.*
4 *Denotat ſingularitatem.*

DICTIO CC.LV.

SOLVM.

1 Est dictio, taxatiua, & limitatiua, Dec. conſ. 479. nu. 2. tom. 2. qui alios allegat, Corn. conſ. 167 nu. 9. vol. 3. text. in c. ſi quis iam 21. q. 2. & in l. final. C. de leg. Pariſ. conſ. 7. num. 12. lib. 2. Alberic. in diction. in verbo, ſolum, & eſt prohibitiua, & excluſiua, non expreſſorum, l. 3. C. de patr. qui pro fil. diſtra. l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. leg. Grat. conſ. 137. num. 18. lib. 2.

2 Habetquè vim priuandi ſicut dictio, tantummodò, & ſimil. c. cum Eccleſiæ, extr. de cauſ. poſſ. & proprie. & ponitur aduerbialiter, l. cui, ff. de vſu, & habit. l. qui liberis, ff. de vulgar. & pupillar.

Alias autem eſſet nomen, vt ſi proferatur ſub hac forma, ſolus, ſolius, ſoli, &c. l. ſolum. ff. de rei vẽdic. l. liberis. §. ſola, ff. ad Municipal.

3 Intel-

3 Intellige tamen, vt iſta dictio, ea tantummodo excipiat, quæ ſub ea ſunt comprehenſa; nam in omnibus alijs firmat regulam, & dictum, ad tradit. per gloſ. in Rubric. de regul. iur. text. in l. nam quod liquidè, in fin. ff. de pecun. legat. Rolan. à Vall. conſ. 12. num. 54. tom. 4.

4 Denotat etiam ſingularitatem, & ideò teſtis deponens, talem ſolum poſſidere, excludit poſſeſſionem cuiuſcunquè alterius, l. ſi te ſolum, ff. de hæred. inſtit. Mohed. deciſ. 10. de reſt. ſpol. Acchil. deciſ. 21. numer. 2. de probat. & fuit dictum per Rotam in vna Macerat. Spolij 15. Iunij 1615. & 28. Iunij 1617. coram R.P.D. Manzanedo relat. per Farinacc. in deciſ. 729. num. 2. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sub, varijs modis ſumitur, vt infrà demonſtratur, cum num. ſequent.*

DICTIO CC.LVI.

SVB.

1 VArijs modis in iure ſumitur dictio iſta; nam quandoquè denotat ſubiectionem, quandoquè ponitur pro dictione, coram,

quandoquè pro, poſt, l. Manichęos, C. de Epiſc. audien. l. generaliter, in princip de reb. credit. l. 1. ff. ſi cert. petat. l. 2. §. recu-
2 perandæ, ff. de iter. Quandoquè pro, in, quandoquè compræhenſiuè, quandoquè pro, antè, l. ædiles, §. vendendi, de ædilit. ædict. vbi ſub tempore venditionis, exponitur, ideſt, biduo ante tempus venditionis.
3 Interdùm verò ſignificat quandam comminationem, dum dicimus ſub pœna ſub interminatione diuini iudicij, c. 1. §. quoniam, de ſtat. regul. lib. 6. c. 2. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in c. penult. de crimin. falſ.
4 Aliquando tamen denotat inferioritatem, vt ſtare ſub cælo, ſub tecto, ſub vmbra, ſub alis, diſcipulus ſub magiſtro, minor ſub tutore, vt benè hęc omnia refert Corn. in conſ. 187. ſub num. 14. lib. 4.

DICTIO CCLVII.

SVBSEQVENTER.

Dictio iſta, Subſequenter, ſignificat immediatè, vel, incontinenti, l. hæc conditio, ff. de condit. & demonſtrat. Bald. conſ. 105. nu. 4. lib. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Summariè, apponitur in reſcripto Principis.*
2 *Et quid in eo operetur, & num. 3.*

DICTIO CC.LVIII.

SVMMARIE.

1 Solet iſta dictio apponi in reſcripto Princi-
2 pis, & ſignificat, vt Iudex ſummatim, & breuiter in cauſa procedat, Bart. in extrauagant. ad reprimen. in verſ. ſummariè, cuius
3 vigore abbreuiantur quidem dilationes non tamen ità, vt probationes fieri nequeant, nec vt aliquid ex ſubſtantialibus omittatur, vt animaduertit Bart. loco proximè citato.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Super, importat hypothecam.*
2 *Amplia, & numer. 3.*
4 *Declara.*
5 *Ponitur aliquando pro dictione, propter.*
6 *Item pro dictione, vltrà.*

DICTIO CC.LIX.

SVPER.

1 DIctio, Super, importat hypothecam, & obligationem bonorum; nam quotieſcunquè ſiuè in materia legati, ſiuè in quauis obligatione fuerit dictum obligo creditum ſuper tali re, tunc illa dictio, ſuper, operatur ac ſi dixiſſet hypotheco hanc rem, Bart. in l. codicillis, §. inſtituo, ff. de legat. 2. & ibi Caſtrenſ. Iaſ. & Alex. in l.reſcriptum, §. ſi pacto, ante fin. ff. de pact. Rip. in Rubric. num. 5. ff. de pignor. Bald. conſ. 182. num. 2. lib. 5. Caſtrenſ. conſ. 106. ſub num. 3. verſ. conſtat autem, lib. 1. Alex. conſ. 156. num. 3. vol. 6. Aym. conſ. 20. nu. 10. Natt. conſ. 109. nu. 10. & conſ. 341. nu. 6. lib. 2. Surd. conſ. 162. num. 10. vol. 2. Afflict. deciſ. 162. nu. 6. Rot. deciſ. 44. nu. 1. 243. nu. 3. 259. & 260. nu. 1. par. 1. diuerſ. Honded. conſ. 86. nu. 3. vol. 2. Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, nu. 109. Hoſtienſ. eod. tit. verſ. quæ actio, in fin. Neguſant. de pignor. in 4. membr. 2. par. principal. nu. 164. verſ. vigeſimus tertius caſus, & in 1. membr. 3. par. nu. 5. verſ. item conſtituitur, Gig. de penſion. quæſt. 51. n. 17. Pedemont. deciſ. 56. num. 1. Surd. conſ. 243. num. 12.

num. 12. lib. 2. & conſ. 230. numer. 3. lib. 3. Rom. conſ. 338. num. 2. cum addit. Mandoſ. in litera B. & Iaſ. in auth. Sacramenta puberum, num. 26. C. ſi aduerſ. vendit.

2 Amplia, vt non ſolum procedat quando dicitur ſuper tali re particulari, ſed etiam quando dicitur generaliter ſuper omnibus bonis; ſicut enim hæc dictio importat hypothecam ſpecialem rei, quę exprimitur, quando ſuper re particulari profertur, ita etiam importat generalem omnium bonorum, quando profertur ſuper omnibus bonis, Rot. d. deciſ. 260. num. 3. par. 1. diuerſ.

3 Item Amplia, ſi adijciatur illis verbis aliqua re, & tunc venit poſſeſſorium, & petitorium, Caſſad. deciſ. 6. num. 1. & 5. de reſcript. Vndè ſi quis fuerit conſtitutus procurator ad comparendum coram Iudice ſuper aliqua re ſimpliciter, tribuitur ſibi facultas comparendi tàm in petitorio quàm poſſeſſorio, Rota deciſ. 4. par. 2. diuerſ.

4 Declara importare hypothecam, ſi agatur contra debitorem, ſecùs ſi contra tertium poſſeſſorem, Bal. in l. 1. C. commun. de leg. Addent. ad Io. Andr. in prœm. Decretal. verſ. & ſuper; Contrarium tenet Rip. in l. 1. §. hęres nu. 14. ff. ad Trebell. nempè quod etiam contra tertium poſſeſſorem competat.

5 Ponitur etiam dictio iſta, aliquando pro,

propter, vt notatur in l. penult. de pericul. & commod. rei vendit. Bart. in l. liberti, C. de oper. lib. & idem in d. l. 1. col. 1. C. comm. de leg. Corn. conſ. 189. nu. 4. vol. 2.

6 Quandoq. verò pro dictione, vltrà, l. diuortio, §. quod in anno, verſ. item ſi locati, & in l. 1. ff. de peric. & commod. rei vendit & Ruin. conſ. 94. nu. 1. vol. 1. qui ſubiungit in num. 3. impropriè accipi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Supra, eſt relatiua ad præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis.*
2 *Declara.*
3 *Ponitur incluſiuè.*

DICTIO CC. LX.

SVPRA.

1 EST iſta dictio relatiua ad præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis, Bart. in l. 1. §. final. de poſtul. Ruin. conſ. 18. n. 12. vol. 2. & conſ. 147. nu. 3. vol. 5. Pariſ. conſ. 93. nu. 25. vol. 1. Bero. conſ. 79. nu. 1. vol. 2. Rolan. conſ. 30. nu. 23. tom. 4. Crauett. conſ. 88. num. 3. cum pluribus ab eo citatis, & conſ. 729. num. 10. & ſequen.

2 De-

2 Declara ſupradictam concluſionem, quod licèt dictio iſta ſit relatiua ad diſpoſita in precedentibus, non tamen tollitur quin etiam (ſi denuò aliquid diſponatur) valeat, vt noua diſpoſitio, Curt. Iun. conſ. 43. num. 11. col. penultim. in fin.

3 Item ponitur incluſiuè, l. final. §. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ſignificat idem quod, vltrà, l. ſi non ſortem, in princ. ff. de condit. indebit. Auth. de nuptijs, §. illud, cum gloſ. in verbo, ſupra legem, l. quemadmodum, §. final. ff. ad leg. Aquil. Alex conſ. 194. num. 12. lib. 2. Et plura de hac dictione poſui infrà in dictione, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Supradicti, eſt relatiua præcedentium, & num. 2.*
2 *Reſtringit diſpoſitionem ad caſum priùs expreſſum.*
4 *Ratio.*

DICTIO CC. LXI.

SVPRADICTI.

1 Supradicti, eſt dictio ſimilis ſuperiùs dictæ dictioni, ſupra, & eſt relatiua præcedentium,

cedentium, Dec. conſ. 423. num. 5. tom. 2. licèt loquatur de dictione, ſupraſcripta, Pariſ. cōſ. 1. n. 134. lib. 3. Ruin. cōſ. 55. n. 4. lib. 3. Crauett. conſ. 94. nu. 8. Tiraquell. cum alijs per eum congeſtis de retract. lignag. §. 8. gloſ. 7. nu. 24.

2 Atque ita eſt relatiua, vt idem importet, ac ſi præcedentia ſpecificè, & nominatim expreſſa forent, vt poſt Bart. ſcribit Iaſ. in conſ. 15. nu. 2. lib. 1. & Rot. deciſ. 713. nu. 2. & 3. part. 1. diuerſ.

3 Imò reſtringit diſpoſitionem ad caſum priùs expreſſum, Dec. conſ. 377. nu. 5. tom. 1. Crauett. conſ. 89. num. 3. Cephal. conſ. 292. nu. 9 Rolan. conſ. 34. nu. 30. tom. 4. Rip. in l. filius familias, §. Diui, n. 3. ff. de legat. 1. Gabr. concluſ. 3. n. 9. de fideicommiſſ Mareſcott. variar. reſolut. c. 51. n 7. lib. 1. actumq. reſtringit ad ea, quæ oculariter apparent, Rot. in Romana Pecuniaria 31. Maij 1617. corã R. P. D. Vbaldo.

4 Et ratio eſt, quia relatio debet fieri ad omnia præcedētia, quando diuerſitatis ratio reddi non poteſt, cur ad omnia non fiat, Crauett. conſ. 194. nu. 8. & conſ. 155. num. 10. & Rot. d. deciſ. 317. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Supraſcripta, eſt ſimilis dictionibus, dicti, ſupradicti, prædicti, antedicti, & ſimil. & fa-*

& facis relationem ad præcedentia.
2 *Explica.*
3 *Appellatione hæredum ſupraſcriptorum, an veniat hæres hæredis.*

DICTIO CC. LXII.

SVPRASCRIPTA.

1 Dictio hæc eſt ſimilis dictionibus, dicti, ſupradicti, prædicti, antedicti, & ſimil. ſapitq. eorum naturam referens ſe ad illud, quod ſuperiùs in Capitulo præcedenti continetur, Bart. in l. 1. §. hoc ædicto, ff. de poſtul. Dec. conſ. 287. nu. 10. tom. 1. Pariſ. conſ. 48. nu. 14. & conſ. 37. nu. 59. vol. 2.

2 Verùm quidem eſt, quòd non refertur ad eos caſus, qui mente, & intellectu percipi, ſed ad eos tantum, qui corporalibus oculis legi poſſunt, Bart. in d l. 1. nec ſufficit, caſus contineri per interpretationem, vel alio ficto modo, ſed requiritur illos, corporalibus oculis perſpici poſſe, l. qui liberis, §. hęc verba, ff. de vulgar. & ibi Bart. circa fin. quem ſequitur ibidem Alex. nu. 11. Imol. in l. ſi quis filiũ, §. final. ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 176. in fin. lib. 7. & conſ. 273. nu. 4. & ſequent. lib. 5.

3 Vbi faciunt illationem, quòd appellatione hæredum ſupraſcriptorum, non veniat hæres hære-

hæredis, quia his non poteſt explicitè legi, l.qui per ſucceſſionem, nu. 8. ff. de regul. iur. Berett.conſ.24.n.3.Simon.de interpret.vltim. volunt.lib.2.interpret 4.dubit.2.ſolut.2.num. 214. Surd.conſ.417.nu.2. & 3. lib. 3. & latiùs conſ. 123.num.13.lib.1 conſ.336.num.19.lib. 3. & conſ.464. num.2.lib.4. Ruin.conſ.206.nu. 5. vol. 1. Soccin.Iun.conſ.102.numer.3.vol.3. Roland. alios adducens conſ. 30. num. 21. & ſequen. vol. 4. Surd. deciſ. 85. numer. 3. cui etiam opinioni ſubſcripſit ſe Cardin.Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.8.tit.14.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Specialiter æquipollet dictioni, expreſsè.*
2 *Et interpretatur, ideſt, nominatim.*

DICTIO CC.LXIII.

SPECIALITER.

1 Dictio, Specialiter, æquipollet dictioni, expreſsè, vt per gloſ.in l.negocium, C. de negoc.geſt.in l.final.C.quod cum eo,Pariſ. conſ. 9. num. 24.lib. 3. text.in l. ſi quis, in princip. ff. de legat. 3. in l.omnes, C. de præ-
2 ſcript. trigint. ann. Et interpretatur, ideſt, nominatim, l. vxore, §. fęlicisſimo, ff. de legat.3.

legat. 3. & l. ait Prætor, §. apud Labeonem, ff. de iure iur.

DICTIO CC.LXIV.

SVVS.

Dictio, Suus, denotat poſſeſsionem, ita cenſuit Bald. in l. 1. circa princ. ff. de ſtat. hom. Anchar. quæſt. 7. num. 6. part. 2. Rot. inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 90. ſub n. 2. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Statim, non recipit dilationem, & n. 2.*
3 *Declara.*

DICTIO CC.LXV.

STATIM.

1 Statim, non recipit temporis dilationem, ſed ſignificat præcipitem quandam feſtinationem nulla interpoſita mora, atquè cunctatione, gloſ. in auth. de inceſt. nupt. in §. 1. Bart. in l. 1. ff. iudic. ſolu. & in l. tale pactum, §. qui procurauit, num. 2. ff. de pact. ibiquè Curt. Iun. num. 4. Surd. conſ. 271. numer. 2. lib. 2. Iaſ. conſ. 191. num. 5. vol. 2.

2 Imò

2 Imò ſignificat ſummariam cognitionem, abſque ordine iudiciario, l. momentaneæ, C. vnde vi; & executio eſt facienda contra fideiuſſorem, qui fideiuſsit de iudicatum ſoluendo abſque nouo proceſſu, Socc. conſ. 91. n. 18. vol. 4. Anchar. & Petr. in c. 1. extr. de iur. iur. Bald. in l. duobus reis, §. ſi quis ergo, ff. eod. Riminald. conſ. 370. nu. 8. vol. 2. Anchar. quæſt. 19. nu. 4. par. 2. Bart. in l. res quæ, §. res autem, ſub nu. 1. ff. de iur. Fiſc. Intrigliol. deciſ. Sicil. 44. nu. 1. cum alijs ibidem allegatis, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Iaſ. in d. §. ſi quis ergo, nu. 2.

3 Sed quicquid ſit debet nihilominùs iſta dictio intelligi cum honeſto interuallo, & temperamento temporis; tanto magis quia aliquando ponitur, & intelligitur pro triduo, gloſ. in l. 3. verſ. triduo, C. de error. aduoc. & in l. lecta, ff. ſi cert. petat. Speculat. de allegat. & diſputat. §. poſthoc, verſ. & nota, & Alex. poſt Bart. in l. 1. §. cui præſens, ff. de verb. obligat. imò ſecundum Surd. in conſ. 550. nu. 6. cum ſequent. lib. 4. ſignificat aliquando vnum menſem.

Ego autem exiſtimo eſſe intelligendam arbitrio boni Viri, ſecundum quod ſuadet ſubiecta materia, per text. in l. ſi ita ſi quis, §. ſi iactum, ff. de verbor. obligat. Abb. in c. potuit, de locat. & comprobauit Rota in Calaguritana

tana de Ollauari 22. Martij 1604. coram R.P.D. Penia, & in Beneuentana Cenſus 29. Martij 1593. coram Card. Pamphil. apud Marcheſan. de Commiſsion.

SVMMARIVM.

1 *Taliter, eſt dictio, reſtrictiua præcedentium.*
2 *Stat ſignificatiuè.*
3 *Accipitur quandoquè pro, ſic.*

DICTIO CC. LXVI.
TALITER.

1 EST dictio iſta præcedentium reſtrictiua, text. in c.eos, extr. de temp. ord. lib. 6.
2 Stat aliquando ſignificatiuè, & denotat ſpecies quantitatis, l. ſi filia, §. nec ſolum, ff. fam.
3 herciſc. Et accipitur quandoquè pro, ſic, text. in l. ſi hominis, ff. de iniur. & in l. Æmilius, §. 1. C. de bon. quę lib. Alberic. in diction. in verbo, taliter.

DICTIO CC. LXVII.
TAM.

HÆc dictio, Tam, eſt implicatiua, & implicat caſum magis dubitabilem, Dec. in l. 2. num. 14.

num.14.C.de eden.Surd.conſ.317.nu.17.lib.3. Et licèt videatur ſocia dictioni, quàm, & quodammodo ſine ea ſtare non poſſit, nihilominùs ſimul iunctis faciunt clauſulam, non autem dictionem, de qua ſcripſit Mart. in ſuo clauſular.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tamen, eſt limitatiua, & reſtrictiua.*

2 *Et poſita ſine copula, aduerſatur præcedentibus.*

DICTIO CC.LXVIII.

TAMEN.

1 TAmen, eſt dictio limitatiua, & reſtrictiua, l. pro hærede; §. quod autem, ff. de acquir. hæred. Ruin. conſ. 1. num. 12. lib. 4. & dixit Rota in Romana de Tagliaferris 19. Martij 1607. coram Reuerendiſs. Marquemonte; & aduerſatur in iure, & in facto, Pariſ. conſ. 78. num. 2. & 3. & conſ. 17. numer. 20. lib. 1. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 154. n. 6. de teſtam. Ruin. conſ. 2. num. 9. & conſ. 41. nu. 8. vol. 2. Bald. conſ. 195. numer. 11. lib. 2. Rot. apud Farinacc. deciſ. 75. num. 4. vol. 2.

2 Et poſita ſine copula, aduerſatur præcedentibus,

tibus, text. in l. cum hic ſtatus, §. diuortium, ff. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. 1. in princip. ff. ſi quis iudic. non obtemp. l. hoc ampliùs, §. his autem, ff. de damn. infect. Pariſ. conſ. 17. num. 20. lib. 1. Aret. in l. 1. §. pupillus, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & Socc. Iun. conſ. 22. num. 8. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tanquam, eſt nota improprietatis.*
2 *Limita, & declara.*

DICTIO CC. LXIX.

TANQVAM.

1 Tanquam, eſt nota improprietatis, & ſimilitudinis, text. in c. ſolitæ, de maiorit. & obedien. cum ibi notat. Bart. in l. 1. circa fin. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Archid. in capit. 1. de homicid. in 6. Bart. in l. ſi pater, §. qui duobus, ff. de adoption. Alexand. conſ. 30. numer. 2. libr. 4. Dec. conſ. 267. numer. 5. tom. 1. & conſ. 610. numer. 6. tom. 2. Rolan. conſ. 61. numer. 43. tom. 1. text. in l. meminimus, circa med. C. de leg. hæred. & in authentic. vt cum, de appellat. in l. Imperialis, verſic. quaſi

ius quæritur, & verſ. quaſi notabilis, C. de nupt. Alex. conſ. 2. n. 4. lib. 1. Card. Mant. de cōiectur. vltimar. volunt. tit. 16. nu. 6. lib. 3. Corn. conſ. 261. nu. 23. vol. 4. Socc. conſ. 1. nu. 4. lib. 1. & Socc. Iun. conſ. 20. numer. 6. vol. 4.

2 Aliquando tamen fallit, quia denotat ſimilitudinem, & veritatis expreſsionem, vt habetur in l. 1. ibi, & tanquam adulationem, C. de hæred. inſtit. in l. ſæpè, ff. de verbor. ſignific. in l. item mela, §. ſi plures, ff. ad leg. Aquil. & in l. ſi familiæ, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Bald. cōſ. 492. n. 2. vol. 1. & maximè niſi illa improprietas ſit omninò æquiparata, Socc. d. cōſ. 1. n. 10.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tantum, eſt taxatiua, & reſtrictiua.*
2 *Ponit ſolummodo quæ affirmat, cætera excludit.*
3 *Intellige.*
4 *Appoſita in fine ſubſcriptionis, quid importet.*

DICTIO CC.LXX.

TANTVM.

1 Tantum, eſt dictio taxatiua, & reſtrictiua, l. ob æs alienum tantum, C. de præd. minor. Vincent. de Franc. deciſ. 123. num. 4.

num. 4. par. 1. Caputaquen. deciſ. 148. nu. 6. & deciſ. 47. num. 4. par. 3. notatur in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propriet. l. ſolemus, ff. de iudic. l. Gallus, ff. de lib. & poſthum. text. in §. Item, Inſtit. de vſu, & habit. Pariſ. conſ. 7. num. 13. lib. 2. Corn. conſ. 199. num. 3. vol. 1. Et eſt adeò taxatiua, vt is, cui aliquid relictum eſt cum hac dictione, nihil ampliùs petere poſsit, Roman. in l. 1. C. quand. non pet. part. Grat. conſ. 124. num. 29. lib. 1. & adiecta perſonæ excludit hæredes, Doctor. communiter in l. niſi, ff. de pact. Rot. inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 740. num. 4. vol. 2. & deciſ. 600. nu. 7. eod. vol.

2 Eaquè tantummodo ponit, quæ affirmat, cætera verò omnia excludit, Bal. in l. ita nobis, C. ad leg. Iul. de adult. Bart. in l. 1. & ibi Iaſ. num. 9. ff. ſi quis ius dicen. Rimin. Iun. conſ. 262. nu. 2. lib. 3. l. 3. §. cum Titio, de adim. legat. d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, Bart. in l. rationes, in fin. C. de probat. l. ſi cum dos, ff. rer. amotar. Petr. de Anchar. conſ. 95. Cartar. deciſ. Ianuen. 70. numer. 54. Abb. conſ. 51. lib. 1. Card. in Clement. 1. verſ. nos igitur, de Sum. Trinitat. & fid. Catholic. Dec. & alij quamplures ab eo relati in conſ. 327. num. 5. tom. 1. l. ſerui nomine, ff. de vſucap. l. his ſolis, C. de

reuoc. donat. omneſquè alias perſonas præter expreſſas excludit, ità probat Bart. in d. l. 1. num. 1. Pariſ. conſ. 85. num. 47. lib. 2. Rip. in l. final. numer. 136. C. de reuocan. donat.

3 Intellige tamen, vt non excludat caſus ſimiles, Socc. Iun. conſ. 1. num. 137. lib. 1. gloſ. in l. ob æs, C. de præd. minor. Zaſ. in l. 1. §. per ſeruum, numer. 14. ff. de acquir. poſſeſſ. nequè excludat æquipollens, itaut non poſsit aliquid ſignificari per alia verba idem importãtià, Caſtrenſ. conſ. 16. n. 8. par. 1.

4 Quæ quidem ſi apponatur in fine ſubſcriptionis refertur ad totam ſubſcriptionẽ præcedentem, Roman. conſ. 480. num. 7. Rot. in Bononien. Fideiuſſionis 7. Maij 1610. corã R. P. D. Caualerio.

SVMMARIVM.

1 *Tantummodo, eſt dictio taxatiua.*
2 *Includit caſus ſimiles.*

DICTIO CC. LXXI.

TANTVMMODO.

1 De ſui natura eſt taxatiua, Corn. conſ. 252. num. 1, vol. 1. omneſquè caſus excludit, qui

qui nominatim excluſi non reperiuntur, l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebell. Coraſ. in l. hæreditatem, num. 17. C. de impub. & alijs ſubſtit. poſt Bald. in l. nullus, C. ad leg. Iul. Maieſt. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 5. uum. 73.

2 Tamen includit caſus ſimiles ex allegatis iuribus in ſuperiori dictione, tantum.

SVMMARIVM.

2 *Dictio, Taxatiua, adiecta perſona Auctoris, an excludat perſonam ipſius hæredis, & numer. 2.*

3 *Reſolue.*

4 *Generaliter excludit omnes caſus, præter expreſſos.*

5 *Limitatur multis modis, & numer. 6. cum ſequentib.*

DICTIO CC. LXXII.

TAXATIVA.

MVltæ ſunt taxatiuæ dictiones, vt ſupra demonſtrauimus, hic tamen, ſi non omninò, breuiter ſaltem pro viribus dicere volui,
1 quæ ſub eis in genere continentur. Dubitant proindè Doctores, an dictio taxatiua adiecta

perſonæ Auctoris excludat perſonam ipſius hæredis. Et pro affirmatiua eſt text. in l.non ſolum la 2. §. tale, ff. de lib. legat. Bart. in l.qui in futurum, §. 1. col. 2. verſ.aut poterat habere, ff.de pact.Bal.in l.qui ſe patris, col. 7. verſ.aut pronunciat, & præmittit, C.vnd. lib. Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus, col. 2. verſ. fallit ſi eſſet oppoſita, ff.de verbor.oblig. Alex.in l. ſtipulatio, nu.7.verſ.ſed ſi ſe,ff.de verbor.oblig. & ibi Aret. in 1. col. verſ. ſed illa vera, Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. col. 38. verſ. quarto fallit, hoc idem ſentit gloſ.in c.1.§. omnes, in gloſ. magna,verſ.è contra prima ratio, ſi de feud fuer. controuer. Bal.in c.ad audientiam il 2. col. 7. verſ.ſed nunquid ſtipendium,de reſcript. Aret. in l. hæres in omne, verſ.idem credit, ff. de acquir. hæredit. Ruin.conſ.53.num.4.vbi de communi verſ. nec etiam dicta promiſſio, & conſ. 184. num.13. in fin. verſ. non obſtat etiam, vol. 1. hanc eandem opinionem videtur ſentire Angel. in d. l. ſi ſic ſtipulatus la grande, in fin. ff. de verbor. oligat. Rocc. in tractat. iur. patron. in verbo, ipſe, vel is à quo, circa fin. verſ. ſed circa hanc quæſtionem, Lambert. in tractat. iur. patronat. in 6. art. quæſt. 2. principal. 2. part. lib. 1. col. 2. verſ. aut eſt facta reſeruatio per fundatorem.

2 Pro

2 Pro negatiua parte eſt text.in l.neceſſarias, §. de vendendo, ff. de pignor. actio. Bald.in l.final.verſ. ſed pone,C. de actio. empt. Rom. in l.ſtipuiatio iſta, col. 1. in 4.notab. & col.2. verſ. quarto quid ſi vendo, & ibi Iaſ. col. 3. verſ. quarto nota, ff de verbor. obligat. Alex. conſ.18. nu.11. verſ. per quem text. & col. final.verſ.pro hoc etiam facit, vol.5. Dec. in l.hæredem, verſ. & qui promittit, ff. de regul. iur. Iaſ. in l.ſi tibi, §. ſi quis,verſ. aduertè tamen, ff. de pact. & in l. 2. §. item ſi in facto, col.2. verſ. hinc eſt, quod ſi promittit, ff. de verbor. oblig. Gozad conſ.60. nu.21. Roman. in Rubric. de arbitr. col. 9 verſ.ſuas tamen, Barbat. in c final. col. penult. verſ. ſed pone, quod promiſit, de empt. & vendit. Curt. Sen. conſ.76. col.penult. verſ. & plus, Fabian. de Mont. de empt. & vendit. in 6. par. princip. n.76. verſ. circa decimum nonum membrum, Iaſ.in l.1.col.3.verſ. quarto limita, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Aret. in §. aliorum, col.15. verſ. quid ſi promiſit, Inſtit.de action. Roman.in l.hæres in omne, verſ. imò plus notabiliter voluit, ff. de acquir. hæred Calcan. conſ. 18. col.5.verſ. & cum adhoc, Ruin.conſ. 7. ſub num.38 verſ. ſicut ergo, vol. 1.

3 Quid autem dicendum; dic cum Ruin. in conſ. 94. ſub num. 6. verſ. nec obſtat, vol. 1. quòd aut quis promiſit de facto ſuo tantum

in contractu, in quo quis tenetur etiam de facto extranei, & tunc dictio taxatiua nõ excludit perſonam hęredis, aut eadem dictio fuit adiecta in cõtractu, in quo quis de facto extranei nõ tenetur, & tunc ne ſuperfluè, taxatiua, videatur appoſita, perſona hęredis excluditur.

4 Quibus ita poſitis dicendum eſt generaliter, taxatiuam dictionem, excludere omnes caſus præter expreſſos, vt benè notat Bart. in l. 3. §. cum Titio, de adim. legat. Alex. in l. 1. §. per ſeruum, de acquiren. poſſeſſ. Grat. conſ. 106. n. 25. lib. 2. Bart. in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Aret. in l. ſtipulatio iſta, ff. de verbor. obligat. Surd. conſ. 403. num. 63. lib. 3. & latiſsimè deciſ. 291. num. 29. & deciſ. 192. num. 10. Card. Mantic. deciſ. 109. nu. 11. Pariſ. conſ. 157. nu. 18. lib. 4. & Natt. conſ. 78. num. 3. lib. 1.

5 Declara tamen I. non excludere ius accreſcendi, nec illud prohiberi poſſe, niſi à Milite, l. miles vnum ex fundo, ff. de hæred. inſtit. l. 1. & 2. C. de teſtam. milit. ità tenet etiam Bal. & Din. in l. ſi quis ita hæres, ff. de hæred. inſtit. & Alex. conſ. 162. n. 9. & 10. lib. 2. Crauett. de antiquit. tempor. part. 4. nu. 129.

6 I I. Nequè excludere caſum ſimilem etiam in exorbitantibus, l. ob æs, C. de præd. min. Grat. cõſ. 115. n. 20. lib. 2. l. ab ea, cũ ibi notat. C. eod. tit. & l. illud, in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.

I I I. Ne-

III. Neque caſum æquipollentẽ, Caſtrenſ. conſ.16.n.8.vol.1.Iaſ.in l ſi mater,C.de inſtit. & ſubſtit. ſub cond.fact. Grat. conſ.138. nu.5. lib.1. & conſ. 106. ſuperiùs allegato num. 26. Crauett de antiquit.temp. d.par.4.nu.128.

8 IV. Neque excludere, neque prohibere extenſionem legis, d.l.ob æs, & ibi gloſ. Bart. in l. ſi conſtante,nu.42. & 44.ff.ſolut.matrim. neque corrigere aliam legem etiamſi taxatiua eſſet geminata, Alex.conſ. 130.col.2.vol.4. l.1. C.de bon.poſſeſſ.contra tab. nu.67.Gabr. conſ.7.n.6.lib.1.Aſin.in Prax.§.19.c.25.nu.4.

9 V. Neque in ſubſtitutionibus reſtringere vbi conſtat de cõtraria mente teſtatoris,quia non excludit alios caſus, in quibus teſtator cenſetur idem voluiſſe, vt per multa oſtendit Pariſ.conſ.50. ſub num.52.verſ.non obſtabunt illa verba à teſtatore prolata, lib.3.

10 VI. Neque excludere extenſionem,quando apponitur circa id,quod alias iã erat diſpoſitũ,l.ait Prætor,§.interdùm, ff. de negoc. geſt. vbi quòd ſi quis gerat negocia alterius derelicta, quæ alius geſturus non erat, tenetur de dolo tantũ,gloſ. tamen addit,etiã de lata culpa,per text.in l.quod Nerua, ff.depoſit. Vndè licèt text. taxatiuè loquatur,ſcilicèt,quòd geſtor teneatur de dolo tãtum,extenditur tamẽ ad latam culpam, vt benè explicat Crauett. de antiquit. tempor. in 4. part. num. 112.

VII. Ne-

11 VII. Neque extenſionem impedire, quando alias induceretur correctio Iuris, Bart. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. legat. ſicut dicere poſſumus, exempli gratia, de Statuto vno imponente pœnam centum ducatorum pro aliquo delicto, & alio Statuto pro eodemmet delicto imponente pœnam quinquaginta ducatorum tantum taxatiuè loquendo, non videtur per hoc correctum primum Statutum imponens pœnam centum ducatorum, Alex. in l. 1. num. 2. C. de bon. poſſ. contr. tabul. & Crauett. vbi ſupra num. 113.

12 VIII. Neque impedire extenſionem in his, quæ ſunt de natura actus, Clement. exiui de paradiſo, verſ. cum autem natura, de verbor. ſignificat. Ioann. de Anan. conſ. 36. Iaſ. in l. 1. in princ. col. 3. verſ. quinto facit, ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Procurator enim conſtitutus cum mandato procuræ ad agẽdum tantum, poterit etiam defendere, quia illud eſt de natura iudicij, text. in l. actionem, col. 2. verſ. ego ſequor, C. de procurat.

13 IX. Neque quando reſultaret abſurdum, vel aliqua contrarietas, Bald. & Angel. in l. cum notiſsimi, C. de præſcript. trigint. vel quatragint. annor. Iaſ. in d. l. 1. verſ. ſecundo, & fortiùs, ff. ſi quis ius dic. non obtemp.

14 X. Neque in iis, quæ non cenſentur ſublata, neque excluſa per conſuetudinem, l. viros vbi

Bart.

Bart. C. de diuer. offic. lib. 12. Iaſ. in l. ſi mora, nu. 6. & in l. ſi conſtante, nu. 97. ff. ſolut. matr. Crauett. loco ſuperiùs adduct. nu. 119. 136. & 137.

15 XI. Nequè in materia fauorabili impedire extenſionem ex identitate rationis, voluerunt Bart. in d. l. ſi conſtante, in fin. princ. quæſt. princip. Abb. in conſ. 63. col. penult. lib. 2. Roman. in conſ. 456. numer. 4. verſ. tertio deducitur, & latiùs Crauett. loc. ſupracitat. numer. 120.

16 XII. Nequè in ijs, quæ ſunt de acceſſorijs, & appendicijs; nam poſito Statuto, quod mulier poſsit teſtari ſolummodo de dote, certè tale Statutum non excludit quo minùs poſsit etiam teſtari de bonis paraphernalibus tanquàm acceſſorijs dotis, hoc eſt de mente Ioan. de Anan. in d. conſ. 36. & refert Crauett. in loco proximè citat. num. 121.

17 XIII. Nequè de mente Crauett. d. loc. nu. 123. excludere extenſionem in rebus, quæ ſunt maximi prẹiudicij, vbi dat exemplum, quòd ſi Princeps dicat in reſcripto, procedat talis Iudex, & cognoſcat merita cauſæ tantum, & nullas admittat exceptiones, poſsit nihilominùs Iudex admittere exceptiones releuantes, cuius opinionem ego ſemper amplecterer tanquàm æquam.

18 XIV. Nequè excludere extenſionem in ijs,

ijs, quæ ſunt maiora expreſsis, ſi cui enim cōceditur facultas, & iuriſdictio aliqua ſpecialis cognoſcendæ cauſæ, cenſeantur quidem excluſi alij Iudices pares illi, cui conceditur iuriſdictio, vt non poſsint cognoſcere cauſam, non tamen dicuntur excluſi Iudices ſuperiores, & generalis ordinarius, text. in l. final. & ibi gloſ. in verbo, examen, C. vbi cauſ. Fiſcal. Dec. conſ. 3. ſub n. 3. verſ. & licèt iſta reſponſio, lib. 1. Bal. cōſ. 253. n. 2. verſ. ſed prædictis, lib. 5.

Hoc tamen dicit eſſe dubitabile, Crauett. in ſæpè dicto loco n. 124. ibi, ſed iſtud dictum, vbi quod ſi Princeps committat alicui cauſam ſpecialem, talis delegatus in illa cauſa dicatur maior quocūquè Iudice ordinario, & allegat text. in c. ſanè il 2. de offic. & poteſt. iudic. delegat. qui vult, vt Delegatus in cauſa ſibi commiſſa habeat iuriſdictionē ſuper Ordinarium, & quemcunq. alium Iudicem maiorē.

19 x V. Nequè extenſionem excludere, quando quid per repręſentationem cenſetur vnum, & idem adeò, vt exiſtimetur vna ſolum perſona, ſicut quotidiè practicatur, cum quis promittit in inſtrumento de dato, & facto ſuo tantum, & tenetur nihilominùs de facto hæredis, qui præſumitur eadem perſona cum defuncto, quo caſu dictio taxatiua videtur ſolum appoſita ad excludendos extraneos, Bald. in l. fin. C. de actio. empt. per text. quem

ait

ait ſingularem in l. ſtipulatio iſta habere, in princ. ff. de verbor. obligat. quem ſequitur Alex. in conſ. 18. num. 15. lib. 5. & eſt text. in l. ſi neceſſarias, §. de vendendo, ff. de pignor. actio. quem etiam ſequitur, & citat Iaſ. in l. 2. §. item ſi in facto, ff. de verb.oblig. & in l. ſi ſic ſtipulatus la grande, col.4. in fin. verſ.ſecundo quia quęlibet coniunctio, ff.eod.

Contrarium tamen, videlicet promittentem de facto ſuo tantum, non teneri de facto hæredis, vide apud Crauett.vbi ſupra nu.126. vbi latiſsimè diſputat, An, & quando quis teneatur de facto hæredis.

20 XVI. Nequè excludere ea, quæ excludi, aut prohiberi non poterant, quemadmodum dici poſſet de teſtatore inſtituente hæredem particularem in re certa tantum cum prohibitione, quod nihil ampliùs petere poſſit de ſua hæreditate, profectò ſi nullus alius exiſtat hæres vniuerſalis, vel ſi adſit,repudiet hæreditatem, non eſt dubium, quin tali hæredi particulari augeatur, & deuoluatur tota hæreditas, non obſtante taxatiua dictione à teſtatore prolata,quia alias ipſe teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra iuris regulas,Bald.poſt Din.in l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſit legitimus, ff. de hæred. inſtit.in l. dominus, §.1.ff. de vſufruct. Alex.in l.quotiens,col.final. C.de hęred.inſtit. & in

& in l.ſi quis priore,col.final. ff.ad Trebell.vbi atteſtatur de communi. Contrariam opinionem refert Crauett.in ſupradicto loco,n.130. & ſeqq. viden.

21 XVII. Nequè excludere extenſionem, quando quis ſubrogatur in locum alterius, l.libertum, ff. de rit.nupt. vbi quemadmodum Tutori non licèt in vxorem ducere pupillam, ità neque Tutoris hæredi etiam extraneo tãquàm ſubrogato in locum Tutoris prohibiti.

22 XVIII. Nequè excludere extenſionem, quando conſuetudo (niſi fieret extenſio) effectum ſuum ſortiri non poſſet, l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, ff. de verb.obligat.& ibi Iaſ.idemquè Iaſ.in l.quæ delegato,col.3.verſ. decimo in contrarium facit, ff. de legat. 1. Caſtrenſ. conſ.175. num.5.cum alijs per eum adductis lib.1.

23 XIX. Nequè deniquè, quando caſus aliquis non eſſet diuerſus in ſubſtantia ab alio, ſed in aliquibus accidentibus tantum, ad huiuſmodi enim caſum in ſubſtantia non differentem, benè poteſt fieri extenſio etiam in materia correctoria, vt voluit Crauett. in allegato loco nu. 140.vbi multa ponit exempla.

Quæ autem ſint dictiones taxatiuæ, poſui in proprijs cuiuſquè locis.

DI-

DICTIO CC.LXXIII.

TOTALITER.

DIctio, Totaliter, eſt vniuerſalis, ſicut dictio, omnis, text. & ibi gloſ. in l. ſed ſi ex meis, §. Proculus, ff. de acquir. rer. domin. Cuman. conſ. 100. Viſo themate literarum, verſ. final. & Natt. conſ. 160. nu. 30. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Totum, eſt vniuerſalis.*
2 *Et demonſtrat aliquid faciendum ſine diminutione.*

DICTIO CC.LXXIV.

TOTVM.

1 EST dictio vniuerſalis, & ſignificat, totaliter, circa eandem rem, Bart. in l. ſi vnus, §. pactus, col. 2. verſ. & nota, ff. de pact. Gozad. conſ. 47. nu. 6. text. in l. ſi mihi Mæuia, §. final. & in l. quæſitum, §. 1. ff. de legat. 3. Corn. conſ. 49. ſub num. 11. vol. 3. verſ. circa pecuniam.
2 Et demonſtrat quod illud, quod debet fieri ſit faciẽdum ſine diminutione alicuius partis,

quæ

quæ comprehendi quomodocunque poſſet, vt probatur per text. in l. 2. §. ad filiorum, C. quand. & quib. lib. 10. Alex.conſ. 5. nu. 14. & ſequent. lib. 3. Tiraquell. cum alijs per eum citatis in l. ſi vnquam, in verbo, totum, nu. 1. C. de reuoc. donat. Rolan.de lucr. dot. quæſt. 38. nu. 1. pag. 420. Michael Craſſ.de ſucceſſ. in §. Trebellianica, quæſt. 8. nu.4. qui atteſtatur de magis communi, & hoc idem firmat Marc. Ant. de Amat. deciſ. Prouinc. March. 39. num. 3.

Et facit iſta dictio pro legatario appoſita in verbis legati, quia ſignificat omnimodam totalitatem in ſubiecto, Inſtit. pro ſoc. in princ. in verbo, totorum, vbi Port. ſub nu.3. Aret. in §. reſtituta, nu.1. vbi Bello. ſub nu. 11. verſ. notandum, Inſtit. de fideicommiſ. hæred. Iaſ. in l. ſi vnus, §. pactus, num. 13. ff. de pact. Vinc. Carocc. deciſ. ſeu caſ. 56. num.3. & 4. & deciſ. 71. num. 14. Bart. in d. l. ſi vnus, num.5. Rebuff. in l. nominis, & rei, col.7. ff. de verb. ſignificat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tunc, denotat extremitatem temporis.*
2 *Declara.*
3 *Item eſt demonſtratiua, ſeu declaratiua rei, cui adijcitur.*

4 *Item*

4 *Item operatur, vt non extendatur ad alium caſum, quam expreſſum.*

DICTIO CC.LXXV.

TVNC.

1 Dictio, Tunc, denotat extremitatem temporis, l. 4. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi is legatum. §. 1. ff. eod. tit. & ibi Bar. l. vxori vſumfructum villæ, ff. de vſufruct. legat. Bart. & gloſ. in l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar. & pupillar Salic. in l. tunc conuenit, in princ. C. de accuſat. Guid. Pap. deciſ. 279. num. 2. Bellamer. conſ. 39. col. penult. verſ. verbum enim, Rom. conſ. 104. ſub n. 8. conſ. 19. n. 2. conſ. 56. poſt princ. conſ. 131. ſub nu. 1. circa med. & ibi Mandoſ. conſ. 134. nu. 6. in l. lecta nu. 17. ff. ſi cert. petat. & in l. cum hęres, §. final. ff. de acquir. hæredit. Barbat. conſ. 67. col. 3. verſ. reſtat nunc capere, lib. 3. Curt. Sen. conſ. 42. Socc. conſ. 5. nu. 7. lib. 3. Corn. conſ. 204. num. 10. lib. 1. & conſ. 296. ſub nu. 2. lib. 3. Dec. conſ. 63. num. 2. & 3. conſ. 89. num. 3. conſ. 226. num. 1. conſ. 313. num. 5. tom. 1. conſ. 372. nu. 10. & conſ. 523. ad fin. tom. 2. Ruin. conſ. 130. ſub n. 10 lib. 1. Grat. conſ. 106. n. 2. lib. 2. Pariſ. conſ. 31. n. 26. lib. 1. conſ. 9. n. 21. conſ. 92. nu. 9. lib. 3. conſ. 143. in princ. lib. 4.

conſ. 30. nu. 56. conſ. 86. nu. 34. & conſ. 38. nu. 28. lib. 2. latè Gomeſ. in §. rurſus, nu. 16. Inſtit. de action. Honded. conſ. 58. cum alijs per eum adductis, num. 76. & 77. vol. 1. conſ. 31. nu. 17. conſ. 49. nu. 67. & conſ. 95. nu. 17. vol. 2. Rolan. à Vall. conſ. 56. nu. 20. tom. 5. Gozad. conſ. 21. num. 35. & conſ. 46. num. 6. Caſtr. conſ. 184. num. 2. lib. 2. Surd. deciſ. 207. num. 16. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 135. nu. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Caputaquen. deciſ. 23. num. 4. par. 2. & deciſ. 21. num. 2. par. 3. Ruin. conſ. 200. num. 9. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 145. num. 27. vol. 3. Papien. in prax. in form. capit. ad ætern. rei mem. in gloſ. tunc reddere, & ibi latiſſima additio, quæ infinitos cumulat, & adducit, Anchar. conſ. 354. num. 3. & conſ. 356. num. 5. Bart. conſ. 16. nu. 4. lib. 2. Ioann. de Anan. conſ. 66. nu. 3. verſ. ſed ijs non obſtantibus, Rota inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 144. num. 7. vol. 2.

2 Declara, huiuſmodi temporis extremitatẽ non eſſe attendendam quando nihil operatur, text. in l. huiuſmodi, ff. de verbor. obligat. Angel. in l. cum hæres, § quæ ex parte, ff. de acquir. hæredit. Rol. conſ. 70. nu. 50. conſ. 56. num. 19. vol. 3. conſ. 38. num. 41. & conſ. 39. num. 7. vol. 4. & procedere ſolum quando ad tempus refertur, d. l. 4. §. final. ff. de condit. & demonſtrat. & ita tenuit Rota in Salaman-

tina Beneficij de Almerana 20. Iunij 1605. coram R. P. D. Manzanedo.

3 Eſt etiam demonſtratiua, ſeù declaratiua rei, cui adijcitur Caſſador. deciſ. 1 num. 3. & 4. de teſtam. Rot. deciſ. 14. num. 5. part. 2. diuerſ. Bart. in d. l. lecta, ff. ſi cert. petat. & in l. Gallus, §. & quid ſi tamen, ff. de liber. & poſthum. Durant. de arte teſtan. caut. 5. num. 4. de ſubſtit.

4 Item operatur, vt diſpoſitio non extendatur ad alium caſum, quàm expreſſum, Roman. d. conſ. 131. quia iſta dictio idem importat quod eo caſu, gloſ. in ſupracitata, l. Gallus, in princ. in verbo, tunc, & ibi Angel. col. 7. vbi eã exponit, ideſt, eo caſu, vel eo tempore, Rol. d. conſ. 70. n 15. & 16. latiſſimè Surd. conſ. 448. nu. 30. lib. 3. vbi infinitos allegat, argum. l. iubemus, in fin. C. ad Trebell. Fulgoſ. conſ. 46. in fin. Durant. in loco ſupracitato. num. 5.

Quin etiam reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum, & prohibet extenſionem ad alium caſum etiã ſimilem, qui alias in diſpoſitione compræhenderetur, Pariſ. in d. conſ. 92. nu. 10. Menoch. conſ. 152. nu. 41. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 80. nu. 18. & conſ. 100. nu. 33. & ſeq. lib. 1. Bero. cõſ. 99. n. 9. lib. 2. Cephal conſ. 269. nu. 29. lib. 2. Honded. conſ. 8. nu. 39. vol. 1. Grat. conſ. 18. num. 32. & conſ. 104. num. 4. lib. 2. & optimè Pariſ. conſ. 20. num. 15. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Tunc, & Eo Caſu, dictio reſtringit diſpoſitionem ad tempus, cui apponitur.*

DICTIO CC.LXXVI.

TVNC, ET EO CASV.

1 Reſtringit diſpoſitionem ad tempus, cui apponitur, Rot. in Bononien. de Caparellis 17. Nouembris 1617. coram R. P. D. Andrea. Non tamen excludit extenſionem, quæ fit ex coniecturata mente Teſtatoris, vt in dicta deciſ. Verùm iſta potiùs eſt clauſula, quam dictio,& ſic nō facit ad caſum noſtrum: de qua tamen ſcripſit Mart. in ſuo clauſul.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Trans, diuerſimodè conſideratur.*
2 *Tranſlatores appellantur, qui de vna lingua verba transferunt in aliam.*

DICTIO CC.LXXVII.

TRANS.

1 Dictio, Trans, diuerſimodè conſideratur: habemus enim quod valet quantum ultra, iuxta,

iuxta, et, poſt, itaut ſi dicatur trans montem, intelligatur poſt montem, quandoquè ſignificat, vltrà, vt trans flumen Naris, vndè verſus.

Trans,iuxta,ſupra,poſt,atq. vocabit, & vltrà, Ita Federic. de Sen quæſt. ſeu conſil. 178. numer. 4 vbi atteſtatur, quod quidam Hugutius dicit omnia compoſita à dictione, trans, reſolui in, vltrà, vt transfero, ideſt,
2 vltra fero, & Tranſlatores appellari eos, qui de vna lingua verba transferunt in aliam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vè, intelligitur pro, et.*
2 *Contrarium.*
3 *Intelligitur ſecundum ſubiectam materiam.*

DICTIO CC. LXXVIII.

VE.

1 INtelligitur dictio iſta pro, et, ad tradit. per Gomeſ. in §. pœnales, ſub numer. 45. verſ. item aduerſus, Inſtit. de actio. Bart. in l. ſi ita ibi, natus, natauè erit, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. Alex. in l. ſi cum dotem, §. item pater, ſub nu. 5. ff. ſolut. matrim. Aret.

in l. poſsidere ; num. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. text. in l. ſi poſt tres , ff. ſi quis caut. Eugen. conſ. 65. nu. 34. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 1. num 18.

2 Alciat. verò in l. ſæpè , nu. 4. ff. de verbor. ſignificat. contra hanc opinionem dicit non ſemper ſignificare dictionem copulatiuã , ſed ſui natura diſiunctiuam, cuius opinionem ſequitur etiam Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ.
3 remed. 3. nu. 21. vbi ſubdit eandem multipliciter poni , & ſtare ſecundum ſubiectam materiam referens ſe ad Gomeſ. in ſuperiori §. pęnales .

SVMMARIVM.

1 Dictio , Vel , quomodo , & qualiter ponatur , & num. 2. cum ſequent.

DICTIO CC. LXXIX.

VEL.

1 SEcundum propriam ſuam ſignificationem dictio iſta non ſolet poni niſi inter diuerſa, Igne. in auth. ex cauſa, nu. 7. C. de lib. prę terit. Rolan. à Vall. conſ. 99. num. 57. tom. 4. Et eſt alternatiua , text. in l. hæc verba ille , aut ille , ff. de verbor. ſignificat. Pariſ. conſ. 91.

nu. 29.

nu. 29. lib. 2. Honded. conſ. 15. nu. 11. vol. 1. Nec exigit concurſum omnium, ſed contenta eſt altero de requiſitis, text. in c. in alternatiuis, de regul. iur. in 6. in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. & in §. penult. Inſtit. de hęredib. inſtit. Bart. in l. ſi is qui, §. vtrum, nu. 1. & ſequent. ff. de reb. dub Socc. Sen. conſ. 52. nu. 6. verſ. & ſic conſtat, lib. 1 Rip. in c. inter cæteras, nu. 23. & 24. de reſcript. Cephal. conſ. 432. n. 9. lib. 3. Burſatt. conſ. 2. num. 65. lib. 1. Hond. d. conſ. 15. nu. 12.

Et ponitur inter æqualia, & eodem modo determinata, l. 1. ff. de reb. dub. cum ibi plenè notat. per Socc. & alios, Grat. conſ. 43. nu. 17. lib. 1. & conſ. 52. nu. 58. lib. 2.

2 Poſita autem inter perſonas à lege vel Statuto, reſoluitur in copulatiuam, l. penult. & ibi Doctor. C. de verbor. ſignificat. Aret. in §. ſi eadem res, nu. 1. gloſ 1. Inſt. de legat. Caſtrenſ. & alij in l. ſi Titio, aut Sæio, ff. de legat. 2. Socc. Iun. conſ. 50. n. 3. lib. 4. Hond. cōſ. 2. nu. 6. vol. 1.

3 Inter genus verò, & ſpeciem ponitur pro, ideſt, notant gloſ. & Bart. in l. 2. in princip. ff. ad leg. Aquil. & comprobat Ruin in conſ. 99. num. 11. vol. 2.

4 Quin etiam appoſita inter nominatos, & eorum filios, ſignificat ordinem ſucceſſorium, ita probatur in l. cum pater, §. penult. ff. de legat. 2. & in l. hæredes mei, §. penult.

ad Trebell. notant Doct. & in ſpecie Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſth. Ruin. conſ. 168. num. 6. vol. 2. ampliatquè diſpoſitionem etiam ad diuerſa, Crauett. cõſ. 326. num. 2. Rota apud Farinacc. deciſ. 69. nu. 5. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Veluti, eſt exemplificatiua, & habet alias ſignificationes, vt infrà.*

DICTIO CC.LXXX.

VELVTI.

1 Dictio, Veluti, eſt exemplificatiua, l. qui reſtituere, C. de rei vendic. l. infamem, ff. de pub. iudic. l. veluti, C. de eden. Corn. conſ. 254. ſub num. 2. vol. 3.

2 Aliquando eſt expreſſiua veritatis, l. quoties, C. de iur dot. Alberic. in dictionar. in verbo, velut. Aliquando verò ponitur ſimilitudinariè, ideſt, ſicut, text. in §. 2. Inſtit. de ſatiſdat. tut. & in l. 2. cum ibi notat. ff. de legat. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens per dictionem, Vel circa, non probat, & num. 2. & 4.*
3 *Ratio.*
5 *Declara.*
6 *Venditio pro modico non retractatur.*

DICTIO CC.LXXXI.

VEL CIRCA.

1 HÆc dictio prolata à teſte, nihil probat, vt latiùs probaui ſuperiùs in dictione, In circa, & notatur in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic.teſtam.in l.matrem ſuam, C.de probat. in l. non ſolùm, §. ſed vt probaui, ff. de nou.
2 oper. nunciat. Quando enim per teſtes probandum eſt aliquid factum fuiſſe intra aliquod tempus, ſi teſtis volens deponere de certò tempore addat illa verba, vel circà, reddit depoſitionem ambiguam, & nihil probat, Caſtrenſ. conſ. 113. num. 4. part. 1. probatur per text. notab. in capit. final. de deſponſ. impub. quem Ant. de Butr. ibi in fin. dicit eſſe menti tenendum: notat etiam expreſsè Gulielm. de Cun. in l. etſi poſt tres, in principio, ff. ſi quis caution. idemque

Ant.

Ant. de Butr. in c. literæ, de dilat. in vltim. col.

3 Et ratio eſt, quia huiuſmodi dictio denotat diminutionem, & non videtur de certo tempore affirmare, ſicut dicimus de dictione ferè, gloſ. in l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.

4 Siquidem in teſte adijciente in depoſitione dictionem iſtam, redditur probatio temporis omninò incerta, itaut dici non poſſit, quod probet de aliquo, & limitato tempore: vt probatur in d. c. final. & facit quod notat Bart. in l. celſus, col. vltim ff. de vſur. licèt ibi loquatur de dictione, plùs, vel, vltrà & tradit Alex. in conſ. 66. numer. 6. & 7. lib. 7. & Corn. in conſ. 59. num. 5. vol. 4. cum alijs ibidem relatis.

5 Verùm quidem eſt, ſupradictam dictionem, vel circa, referri ad modicum tempus, adnotat. in c. cõtinebatur, de deſponſ. impub. in c. atteſtationes, & in d c. fin. eod. tit. atquè adeò non videtur vitiare actum ratione incertitudinis, vt in ſimili notat Bart. & alij in auth. minoris debitor, C. qui dar. tut. poſſ.

6 Et pro modico venditio non retractatur, l. res bona, ff. de contrahen. empt. & Gozad. conſ. 55. num. 9.

SVMMARIVM.

1 Dictio, Verò, eſt aduerſatiua, & inducit repeti-

petitionem omnium qualitatum expreſſarū in præcedenti diſpoſitione.

2 *Et aduerſatur in iure, & in facto.*

DICTIO CC.LXXXII.

VERO.

1 HViuſmodi dictio eſt aduerſatiua,& inducit repetitionem omnium qualitatum expreſſarum in præcedenti diſpoſitione,iuxta doctrinam Bald.in l.omnes populi,ſub nu. 21. de iuſt. & iur. Alex.in l.ſi filius à patre,in prin. ſub nu.6. de liber.& poſthum. Ruin.conſ.111. n.6.lib.3 Soc.Iun.cóſ.83.n.1.lib.1. fuit dictum in Romana Legati de Vitellis Lunæ 10 Dec. 1586. coram R.P.D. Bubalo, text. in l.Sæia, §.Cato, ff.de fund. inſtruct. Petr. de Anchar. in repetit. c.canonum ſtatuta, de conſtit. in verbo, quærit etiam Bal. vtrum vnum ſtatutum, Alex. conſ. 249. nu. 2. & 5. lib. 6. Natt. conſ.570.nu.9. tom.3. cum alijs ibidem, latè Surd. conſ. 315.num.1. & 2. lib. 3.

2 Et quod aduerſatiuè ponatur, notatur in auth. de hæred. & Falcid. in princip. & in l. ſi cum filius familias, in princ. ff.de donat. Dec. conſ.302. num 6. tom.1. text. in l.ſi quis emptiones, §. 1. C. de præſcript. trigint. ann. Alex.conſ.134. nu.24. vol.6.Bart. in l.Lucius,

§.quæ

§. quæ habebat, ff. ad Trebell. confirmat Cephal. conſ. 124. num. 4. cum alijs relatis per Rolan. in conſ. 71. num. 14 tom. 2. refert hoc idem Mareſcott. variar. reſolut. in c. 30. nu. 50. lib. 1. & in c. 94. nu. 68. lib. 2. Corn. conſ. 247. nu. 3. vol. 4. & conſ. 219. nu. 7. vol. 2. vbi etiam habes quæ ſit natura dictionis aduerſatiuæ, Rot. inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 480. nu. 2.
2 vol. 2. Imò etiam aduerſatur in iure, & in facto quando id, quod adijcitur habet diuerſam rationem, teſte Ruin. in conſ. 64. num. 1. & 9. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Videlicèt, eſt reſtrictiua, & declaratiua praecedentium.*

DICTIO CC. LXXXIII.

VIDELICET.

1 Regulariter dictio, Videlicèt, eſt reſtrictiua, & declaratiua præcedentium, l. in venditione, ff. commun. præd. notat Bald. in l. mulier, ſiuè cum mulier, in antepenult. col. ff. ſolut. matrim. Socc. Sen. conſ. 32. n. 4. vol. 4. & conſ. 41. nu. 36. eod. vol. Grat. conſ. 7. nu. 1. vol. 1. text. in c. ſcriptum, de elect. Socc. Iun. conſ. 123.

conſ. 123. nu. 7. vol. 3. Cephal. conſ. 704. nu. 15. cum ſimil. Surd. conſ. 315. num. 6. lib. 3. Bart. in l. quæſitum, §. ſi quis fundum, in 3. q. princip. col. 3. verſ. aut facit facta enumeratio, ff. de fund. inſtruct. Pariſ. conſ. 92. nu. 33. in fin. lib. 1. Corn. conſ. 105. num. 10. conſ. 221. numer 6. & conſ. 195. num. 4. vol. 3. Bart. in l. 1. ff. ad leg. Aquil. Franc. de Aret. in l. ſi fundũ, ff. mandat. notatur in c. ſtatutum il 2. & ibi Gemin. de hæret. lib. 6. & in l. cum quidam, ff. de vſur. Iaſ. in l. idem in duobus, §. perſonale, in 1. notab. ff. de pact. & in l. iuſiurandum, §. ex conuentione, col. 4. ff. de iur. iur. text. in c. tranſmiſſa, de eo qui cogno. conſang. vxor ſuæ, Purpurat. conſ. 475. num. 3. Cephal. 637. nu. 4. Rimin. cõnſ. 67. nu. 42. Burſatt. conſ. 9. nu. 18. & conſ. 13. nu. 33. Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. interpretat. 3. dubit. 1. ſolut. 4. num. 10. lib. 2. Iaſ. in l. ſi pluribus, num. 10. ff. de legat. 1. Surd. deciſ. 161. num. 8. Vinc. de Franc. deciſ. 117. num. 12. part. 1. Socc. Iun. conſ. 26. num. 9. vol. 4. Angel. conſ. 354. in princ. & plura Marant. in ſua prax. part. 3. num. 105.

SVMMARIVM.

1 *Vix, eſt dictio, negatiua.*
2 *Ponitur etiam affirmatiuè.*

DE

DICTIO CC.LXXXIV.

VIX.

1 Vix, ponitur negatiuè, l. tutor, ff. ad Senat. Conſult. Velleian. l. ſi ſeruus, §. qui quãdoquè, ff. de legat. 1. l. ſi is, ff. de ſeru. export.

2 Ponitur etiam affirmatiuè, ſeù permiſſiuè, l. vix, ff. de iudic. c. 2. extr. de cognat. ſpiritual. in 6. & apud Ouid.

Vix Priamus tanti, totaquè Troia fuit.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, Vbi, ſignificationes demonſtrantur, cum num. ſequent.*

DICTIO CC.LXXXV.

VBI.

1 Ponitur quandoquè dictio, Vbi, impropriè, & facit conditionem, l. ſi ita ſcriptum, §. final. ff. de legat. 2. Bart. in l. 1. §. ſecundo principaliter, num. 19. ff. de condit. & demonſtrat.

2 Item ſignificat idem, quod apud quem, & coram quo, l. vbi, & ibi gloſ. de iudic. c. cum Epiſcopus,

Epiſcopus, de offic. ordin. lib. 6.

3 Aliquando ſignificat, ideſt, poſtquam, Alberic. in ſuo diction. in verbo, vbi.

4 Aliquando, prout, l. 3. C. de Epiſcopal. audien.

DICTIO CC.LXXXVI.

VLTERIVS.

Vlteriùs eſt dictio incluſiua, & repetitiua præcedentium qualitatum, Bart. in l. in repetendis, ff. de legat. 3. Angel. & Fulgoſ. quos citat, & ſequitur Dec. in conſ. 189. nū. 7. tom. 1. Pedemont. deciſ. 52. num. 4. & 15. & Surd. conſ. 274. num. 16. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vltrà, eſt incluſiua.*
2 *Refertur ad modicum tempus.*
3 *Declara.*
4 *Item importat implicationem.*
5 *Intellige hoc verùm eſſe in materia fauorabili, ſecùs in materia odioſa.*
6 *Item repetitionem inducit.*
7 *Declara.*

DI-

DICTIO CC.LXXXVII.

VLTRA.

1 NOn eſt dubium, quin dictio, Vltrà, ſit incluſiua, vt voluit text. in l. ſi vltrà, C. de fideiuſſ. & ideò ſi teſtator legauerit in teſtamento ſuæ vxori mille vltra dotem, videtur etiam dotem legaſſe, ſecund. Iacob. de Aret. in l. qui ita, ff. de dot. præleg. quod voluit etiam Iacob. Butr. in d. l. ſi vltrà, Cuman. in conſ. 111. nu. 2. Fulgoſ. in conſ. 40. col. 2. Corn. in conſ. 13. ſub nu. 2. verſ. ita ſumitur ex iuribus, vol. 1. & alios quamplurimos refert Surd. viden. in decif. 285. à nu. 9. ad 13. Quicquid in contrarium dixerint aliqui, nempè quòd excluſiuè ponatur; nam iſto caſu eſſet contra propriam ſui ſignificationem.

2 Benè verùm eſt, quòd refertur ad modicũ tempus, c. literæ, extr. de dilat. l. hæc adiectio, ff. de verbor. ſignificat. l. etſi poſt tres, ff. ſi quis caut. Paul. de Caſtr. conſ. 26. nu. 3. par. 1. Corn. conſ. 186. nu. 6. vol. 4.

3 Quod intellige verùm eſſe quando profertur à lege, quia ſupereſt Iudex, cuius arbitrio nititur ſua declaratio, argum. l. 1. C. de iur. delib. Secùs verò quando profertur ab homine, putà à teſte; ità expreſsè terminat Cin.

poſt

poſt Iac. de Aret. in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam. pro qua determinatione facit, quod notatur in l. muto, in fin. §. ſub conditione, ff. de tutel. & quod ponit Paul. de Caſtr. in conſ. 18. num. 2. part. 1.

4 Item importat etiam implicationem, vt dixi ſupra in 1. numer. Angel. conſ. 294 nu. 5. & Bart. in d. l. qui ita, ff. de dot. prælegat. vbi quod legans, centum, vltrà dotem, cenſetur vtrunquè legaſſe, & idem eſt in dictionibus, præter, & ſuper, vt ibi Bart.

5 Intellige hoc verùm eſſe in materia fauorabili, ſecùs in materia odioſa, Angel. d. conſ.
6 294. nu. 5. Et inducere quoquè repetitionem ſicut dictio, hoc ampliùs, tradit Calderin. in conſ. 336. de teſtam.

7 Declara, vt non inducat repetitionem qualitatum præcedentium, quando in præcedentibus qualitates ſunt diuerſæ à frequentibus, Angel. d. conſ. 294. numer. 6. verſ. ad ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Vltrò, capitur, ideſt, ſpontè.*
2 *Spontè, apponitur in contractibus ad excludendum vim, & metum.*

DICTIO CC. LXXXVIII.

VLTRO.

1 Dictio, Vltrò, exponitur, ideſt, ſpontè, & ex mera voluntate, l. 1. §. ſi quis vltrò, ff. de quæſt. l. ne quicquam, §. aduocatos, ff. de offic. Proconſ. & l. alienam, C. de procurat. & ſic dicitur vltrò facere, iurare, &c. hoc eſt ſpontaneè, l. ſi legatarius, ff. de dol.

2 Hæc verò dictio ſpontè, ſolet in omnibus contractibus, & pręcipuè in venditionibus apponi ad excludendum vim, & metum, & denotat ſpontaneam alienationem, vt voluit Seraphin. in deciſ. 224. numer. 3. vol. 1. Et præſumitur de ſtylo Notarij, Abb. in c. cum contingat, col. 17. de iur. iur. Bero. in cap. 2. numer. 46. verſ. ſed contra, de reſtitut. ſpol. Menoch. de recuperan. remed. 1. num. 262. Vinc. Caroc. deciſ. ſeu caſ. 22. num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Vna, dictio, denotat vnitatem, & ſimultatem.*

2 *Et coniungit pluſquàm dictio, et.*

DI-

DICTIO CC.LXXXIX.

VNA.

1 VNa, eſt dictio denotans vnitatem, ſeu ſimultatem, l. final. C. de impuber. & alijs ſubſtit. l. Lucius, §. quiſquis, & l. ſi pluribus, in princip. ff. de legat. 2. Alex. conſ. 93. num. 4. lib. 3. Gozad. & alij per eum adducti in conſ. 72. ſub num. 9. verſ. nam dictio vna, circa med. & tantum eſt dicere, vna, quantum, ſimul, l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3. l. imò, & Socer, ff. de vſu, & habit. Bald. in l. 1. §. is itaquè, C. de caduc. tollen. Gozad. conſ. 21. nu. 37. Grat. conſ. 9. numer. 103. & conſ. 111. numer. 3. lib. 1. & conſ. 13. nu. 56. lib. 2. text. in §. nos autem, Inſtit. de Attil. tutor.

2 Et coniungit pluſquàm dictio, et, Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, vbi Iaſ. nu. 14. & 20. ff. de liber. & poſthum. Pariſ. conſ. 3. nu. 17. vol. 1. & conſ. 79. num. 21. & ſequen. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vnà cum, importat copulam, & demonſtrat, vt ſimul aliquid expediatur.*
2 *Et importat repetitionem.*

DICTIO CC. XC.

VNA CVM.

1 HÆc dictio, Vnà cum, importat; vndè ſi Teſtator relinquat filijs fratrem ſuum Tutorem, vnà cum Vxore, perindè eſt ac ſi dixiſſet relinquo fratrem meum, & Vxorem Tutores, itaut, vno decedente, alter eſt Tutor. Bart. conſ. 147. lib. 1.

Etenim demonſtrat, vt aliquid ſimul expediatur, vt notatur in l. final. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in §. final. Inſtit. de Attil. tutor. ibi, vnà cum Antiſtite, Grat. conſ. 93. num. 1. lib. 1. Pariſ. cum alijs per eum allegatis conſ. 111. num. 17. lib. 1.

2 Vltrà quod importat etiam repetitionem; & ideò ſi quis conſtituat procuratorem ad vendendum, vnà cum Sempronio, licèt de venditione nihil dicat Sempronio, cenſetur repetere omnia in procuratore narrata, Bart. d. conſ. 147. num. 2. verſ. ſecundo poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Vnanimiter, importat nemine diſcrepante.*

DI-

DICTIO CC. XCI.

VNANIMITER.

1 VNanimiter, importat, nemine diſcrepante, text. in c. bonæ memoriæ, in verſic. vnanimiter, de poſt Prælat. & in c. vnanimiter, eod. tit. in c. cum dilecti, de election. & in c. tertio loco, de probat. Barbat. poſt alios in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Panor. in c. licèt, de offic. leg. in 1. notab. Hoc enim optimè probatur ab ęthimologia dictionis, nam vnanimiter dicitur quaſi vnius animi, vt ſolet dici in Collegio, quando quis Doctoratus corona præcingitur, nimirùm, ab omnibus vnanimiter approbatus, hoc eſt nemine diſcrepante, omnibus conſentientibus. Et plura de hac dictione, vide apud Bertach. in repert. & Alberic. in diction. in verbo, vnanimiter.

DICTIO CC. XCII.

VNDE.

DIctio, Vndè, ſignificat idem quòd, qua de rè, quarè, & ſimiles dictiones denotantes cauſam, de quibus per Bart. in l. demõſtratio,

§. quod autem, ff. de condit. & demonſtrat. Grat. conſ. 77. nu. 3. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vndiquè, eſt dictio vniuerſalis.*

DICTIO CC. XCIII.

VNDIQVE.

1 Eſt huiuſmodi dictio vniuerſalis, & per eã videtur alicui conceſſa plena, & libera facultas aliquid faciendi, iuxta notata in c. licèt, de offic. deleg. & in l. 2. §. poſtea, C. de veter. iur. enucl. & in §. final. in auth. quomodo oporteat Epiſc. Pariſ. cõſ. 111. n. 11. lib 1. Idemq. dicendum eſt de dictione, Vbiquè, vt habetur in l. 1. ſuper verbo, vbiquè, ff. ſolut. matrim. & Inſtit. in princ. de vſucap.

DICTIO CC. XCIV.

VNICVIQVE.

Dictio, Vnicuiquè, nullum excludit, argum. c. ſolitæ, de maiorit. & obed. l. Iulianus, ff. de legat. 3. Corn. conſ. 67. col. 2. in fin. vol. 1. & Pariſ. conſ. 49. num. 7. lib. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vniuerſalis, eſt indefinita, omnia comprahendens, nihilq excludens.*
2 *Includit ea, quæ alias non includerentur.*
3 *Feudum conceſſum quibuſcunquè hæredibus, omnes hæredes cuiuſuis generis admittit.*
4 *Dictio, vniuerſalis, vbicunquè appoſita, cenſetur cogitatum in genere de quocunquè caſu, qui accidere poteſt.*
5 *Imò comprahendit etiam futurum augumentum.*
6 *Nec reſtringitur, etiamſi materia ſit odioſa.*
7 *Idem dicendum eſt de vniuerſali negatiua.*
8 *Declara, & num 9.*
10 *Limita.*
11 *Dictionem vniuerſalem in fine poſitam, referri ad omnia præcedentia.*
12 *Limita hanc concluſionem, & num.* 13.

DICTIO CC. XCV.

VNIVERSALIS.

DIxi adhuc, & diuiſim ſuo loco tractaui de multis dictionibus vniuerſalibus; nunc uidẽdum reſtat quas habeat ſignificationes di-
1 ctio, Vniuerſalis, in genere ſumpta. Et qui-

dem ea generalis eſt, & indefinita omnia comprę hendens, nihilquè excludens, vulgat. leg. Iulianus ff. de legat. 3. l. pediculis, §. labeo, ff. de aur. & arg. legat. gloſ. in l. ſi neceſſarias, §. ſi annua, in verbo, his ſcriptis, de pign. actio. tenuit Rota in Romana prætenſi fideicommiſsi de Vrſinis, Veneris 25. Martij 1585. coram Orano, quæ deciſ. eſt 27. num. 3. impreſſa apud Pic. in tract. ad Stat. Vrb. & firmat Corn. in conſ. 315. nu. 3. vol. 3. Dec. in conſ. 427. nu. 3. tom. 2. quibus adde text. in c. ſi Romanorum 19. diſtinct. & in c. ſolitæ, circa fin. de maior. & obedient. & adiecta verbo, mulieri, compræhendit Virgines, & Viduas, Rot. apud Farinacc. deciſ. 367. nu. 3. vol. 1.

2 Sub iſta ſiquidem generalitate includit ea, quæ alias non includerentur, l. baliſta, ff. ad Trebell. gloſ. in Clement. 1 in verbo quauis, de re iudic. & in Clement. ne Romani, in verbo, quouis alio modo, de electio. Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. legat. Natt. conſ. 525. num. 8. tom. 3.

Qua de rè hoc in loco recenſendum exiſtimaui, quod ponit Bald. in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. in materia conceſsionis feudi factæ alicui pro ſe, & quibuſ-
3 cunquè hęredibus: vbi quod feudum cōceſſum alicui pro ſe, & quibuſcunquè hæredibus, omnes hæredes cuiusvis generis admittit, propter

pter generalitatem, & vniuerſalitatem dictionis, quibuſcunquè, quod firmat etiam Natt. in d. conſ. 525. num. 9.

4 Dictio enim vniuerſalis vbicunquè appoſita, cenſetur cogitatum in genere de quocunquè caſu qui accidere poteſt, licèt in ſpecie non ſit cogitatum, quia illa cogitatio in genere ſufficit, l. qui iure militari, ff. de teſtam. milit. Natt. d. conſ. 525. num. 23.

5 Imò compræhendit etiam futurum augumentum; ideò ſi quis promiſerit coquere panem in furno, vel molere in molendino pro ſe, & omnibus ſuis filijs, tenetur obſeruare etiam (aucto numero filiorum) cùm promiſſio fuerit generalis, & vniuerſaliter facta, Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. ſub tit. de furno, quęſt. 52. Iacob. de Sãct. Georg. in ſua inueſtit. in verbo, & cum molendinis, col. final. Bald. in l. omnia, C. de Epiſc. & Cleric. Natt. & alij in d. conſ. nu. 26.

6 Nequè reſtringi poteſt, etiamſi materia ſit odioſa, cum de ſui propria ſignificatione ſit ampliatiua, & in materia reſtringibili nunquã excludatur, lata interpretatio, quæ deſcendit ex proprietate verborum, l cum de lege, vbi Aret. ff. de teſtam. Rolan conſ. 54. n. 39. vol. 3. & conſ. 96. num. 36. vol. 1. & Natt. in ſępè dicto conſ. 525. num. 12.

7 Ita nec è contra vniuerſalis negatiua, vt

putà

putà, nullus, omnia excludit, etiam minima, gloſ.in c.ſtatutũ, in verbo, nullum, de reſcript. in 6. Crauett. conſ. 294. nu. 6. Rimin. Nepos conſ. 19. num. 5. vbi verba vniuerſalia includunt omnia, itaut nulla perſona, nullusquè locus excipi poſſit, vt per Bald. ibi citatum, & Roland. in conſ. 99. nu. 29. tom. 4.

8 Hoc tamen verùm eſſe dicimus, ſi dictio vniuerſalis, proferatur ab homine, ſecùs ſi à lege; nam tunc benè recipit reſtrictionem de habilitate, l. vt gradatim, §. ſed etſi lege, ff. de muner. & honor. latè Bart. in l. 1. §. nunciatio, de oper. nou. nunciat. Bald. in l. final. circa princip. C. fine cenſ. vel reliq.

9 Et vt regulariter reſtringatur ad perſonas habiles, eſt text. in l. tutor, §. 1. in fin. vbi Roman. & Iaſ. ff. de iur. iuran. in l. quid autem, §. final. iunct. gloſ. ff. de conſtitut. pecun. & in §. 1. in fin. Inſtit. de vèrbor. obligat. Bart. & Bald. in l. & ſi inſtrumenta, verſ. probationis, C. de fid. inſtrument. gloſ. multa ponens exempla in d. l. final. C. fine cenſ. vel reliq. text. iunct. gloſ. in l. penultim. verſ. aliam rationem, C. qui admitt. Bart. in repetit. l. omnes populi, ſub num. 55. verſ. tertio caſu, ff. de iuſt. & iur. idemquè Bart. & Doctor. omnes per illum text. iunct. gloſ. in l. 2. §. Prætor ait, in fin. cum latiſsimè ibi cumulatis per Alexand. & Iaſ. ff. qui ſatisdar.

cogànt.

cogant. & eſt optima gloſ. communiter à Doctoribus approbata aduerſus Nic. de Mattarel. & Bart. ibi, in l. 1. vbi poſt Bald. Alba. Fulgoſ. Caſtr. & alios, Iaſ. in col. final. ff. de eo quod cert. loc.

10 Fallit tamen hæc regula fauore publico, & piæ cauſæ, l. ſi quis in graui, §. vtrum, verſ. ſi quoquè, vbi Bart. & cæteri, ff. ad Sillan. Bart. in repet. ſupradict. l. omnes populi, cui etiam opinioni ſubſcripſerunt ſeſe Doctor. communiter in d. l. 1. §. nunciatio, vbi plenè Bart. poſt Iacob. de Aret. & Oldrad. num. 21. ad 26. poſtquè alios Iaſ. num. 5. 6. & 7. in l. ſi filius familias, vbi fuſiùs Iaſ. & Dec. numer. 3. & ſequen. ff. ſi cert. petat. & Bald. in Rubric. C. de his qui accuſ. non poſſ. num. 10.

11 Quibus adde aliam concluſionem, nempè dictionem vniuerſalem in fine poſitam, referri ad omnia præcedentia, l. ſi idem cum eo, in fin. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. l. ſequens quæſtio, ff. de legat. 3. Bart. in l. Prætor, §. 2. ff. vi bon. rapt. & Pariſ. conſ. 79. nu. 35. lib. 2.

12 Quam concluſionem limita duobus modis. Primo, quando de contrarietate conſtaret, & diuerſa ratio vigeret, Bar. & Doctor. in d. l. talis ſcriptura, Bal. in l. actionibus, ff. de inform. Abb. conſ. 195. vol. 2. Pariſ. d. conſ. 79. nu. 36.

13 Se-

13 Secundo, quando reſultaret abſurdum, ſi dicta dictio ad omnia referretur, text. in c.cũ Eccleſia Lateranenſis, ibiquè Abb. iunct. c.quia propter, de elect. Socc. conſ.21.nu.12. vol.3. Pariſ. vbi ſupra nu. 37. & Franc. Curt. conſ.42.col 5.& conſ.43.col.8.in fin.& col.13. Et plura de vniuerſali poſui in dictionibus vniuerſalibus.

SVMMARIVM.

1 *Logici vtuntur duobus terminis, & qui ſint.*
2 *Dictio, Vſquè, An incluſiuè, vel excluſiuè ponatur, & num.* 4. 5. *& 6. cum ſequent.*
3 *Declaratur.*
9 *Dictio, Vſquè, eſt etiam taxatiua, & non progreditur vltrà diſpoſitionem.*

DICTIO CC. XCVI.

VSQVE.

QVoniam dubitatur, & non ab re ſæpè diſputatur, vtrum hæc dictio, Vſquè, incluſiuè, vel excluſiuè ponatur, optimum factu eſſe duxi illam pro viribus eneruare, cum ſatis in practica, & vſu eſſe ſoleat: ideò ad maiorem illius dilucidationem, ſciendũ eſt duos
1 apud Logicos eſſe terminos, vnum ſcilicèt, à quo

à quo, alterum, ad quem, terminus à quo, eſt ille, à quo res ſumit initium, vt ſi dicam, talis proiecit ſaxum à domo ſua, vſquè ad plateam: nam domus ſua eſt terminus, à quo iactus ſaxi ſumit initium, platea verò eſt terminus, ad quem iactus ſaxi finem fecit: de quibus terminis notat plenè Bar. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucapion.

2 Quibus ſic poſitis, oritur quæſtio, vt dixi, An iſta dictio incluſiuè, vel excluſiuè ponatur. Circa quod conſiderandum eſt, eam quandoquè proferri à lege, quandoquè ab homine. Primo caſu regulariter ponitur incluſiuè, vt probatur in authent. ſocius, verſ. in cæteris, C. de ſacroſ. Eccleſ. text. in l. ſi cum exceptione, §. quatenus, ff. quod met. cauſ. in l. ſi cui ſerui, ff. de legat. 1. in fin. in l. 1. in fin. ff. ſi tab. teſtam. null. exta. & facit Clementin. ſtatutum, de hære. & in l. final. ff. de Senat.

3 Declara tamen hoc verùm eſſe, quando alteri legi non eſſet contraria, quia tunc ponitur excluſiuè, l. penultim. ff. de flumin. & in l. 1. poſt princip. ff. an per alium ca. app. cum ſimil.

4 Secundo caſu, quando profertur ab homine. Tria ſunt animaduertenda, cum dictio iſta quandoquè ponatur ad determinationem loci,

loci, quandoquè temporis, quandoquè numeri; & quandoquè iungatur cum dictione, in, aliquando cum dictione, ad. Primo caſu, nempè quando ponitur ad determinationem loci, ſubdiſtingue. Aut terminus, ad quem refertur, poteſt comprahendi, vel idem eſſe cum termino à quo, & tunc ponitur incluſiuè: hoc autem contingere poteſt, vel ex generalitate ſermonis, vt in l. patronus, §. 1. ff. de legat. 3. vel ex qualitate rei, vt quia ſit arbor, lapis, vel fouea, ille terminus, ad quem, l. pro regione, ff. de acquir. rer. dom. vel quia incluſio continet cauſam piam, l. quidam in teſtamento, ff. de legat. 2.

5 Fallit, quando appareret de contraria voluntate diſponentis, quę colligi poteſt ex qualitate rei, ad quam fit terminatio, l. filius familias, ff. de legat. 3. vel ſi res illa ad quam fit terminatio ſit aliena, & ab alio poſſeſſa, quia in dubiò non præſumitur, diſponentem referre ſe voluiſſe ad rem alienam, arg. l. 4. ff. de legat. 1. vel ex qualitate precij rei alienatæ, quando ſequeretur enormiſſima læſio, ſi poneretur incluſiuè: his enim, & ſimilibus cauſis ponitur excluſiuè, argum. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.

6 Secundo caſu, quando ponitur ad terminationem temporis, etiam ſubdiſtingue. Aut tempus, ad quod refertur, poteſt continuari

ſub

ſub deſignato tempore, vt putà promitto dare cẽtum vſquè ad menſem Auguſti, vel vſquè ad decem annos, vel in emphyteuſim concedo domum meam vſquè ad nouem annos, in iſtis caſibus, in quibus dubitatur, an tempus extremum, ad quod videlicèt vltimus annus decẽnij, ponatur incluſiuè, vel excluſiuè, indiſtinctè tenendum eſt (alio non apparente) poni incluſiuè, l. eum qui ità, §. qui ſtipulatur ante calendas, ff. de verbor. obligat.

7 Hoc etiam fallit, quando reſultaret prauus intellectus, vt ſi promiſiſti qualibet die dare libram carnis vſquè ad diẽ Veneris, vel vſquè ad primam diem quadrageſimæ; quoniam in huiuſmodi caſibus, non intelligitur incluſa dies prohibita, & ſic dictio vſquè, excluſiuè ponitur, d. l. ſemper, ff. de regul. iur.

Tempus nanquè, ad quod non poteſt de iure contineri ſub tempore deſignato, verbi gratia, do Tutorem filio meo vſquè ad pubertatem, ponitur excluſiuè, l. quæſitum, ff. de tutel. Ità nec incluſiuè percipitur, ſi contrarium appareret de mente diſponentis, nam tunc verba impropriarentur, text. in l. à filio, ff. de legat. 3. in l. pater Seuerinam, §. conditionum verba, ff. de condit. & demonſtrat.

8 Tertio caſu, quando eadem dictio ponitur ad determinationem numeri, temporis, vel qualitatis; exempli gratia promitto tibi viginti

ginti vſque ad decem dies, ponitur etiam incluſiuè, l.idem, ff. de dol. §. illud quoquè, col. 4. Auth. de appellat. & intra quæ temp. licèt illa iura loquantur, quando tēpus profertur à lege; idem tamen dic hoc caſu ſi proferatur ab homine, maximè quia verba debent interpretari iuxta mentem proferentis, l.veteribus, cum ibi notat. ff.de pact. & in partem magis fauorabilem, l.quoties, ff. de reb.dub.

Vnum tamen prę cęteris benè aduertit, vt de more ſolet, Card. Mant.de tacit. & ambig. lib.4.tit.9.num. 10. Ex coniecturis declarari, probariquè, quando dictio, vſquè, incluſiuè, aut excluſiuè intelligatur.

Cæterum, quando incluſiuè, vel excluſiuè ponatur, conſuluit Bart.Socc. in conſ.25.n.2. 3. & 5. vol.1. qui loquitur de contractu emphyteotico vſque ad tertiam generationem, & poſuit etiam Carocc. in decis. ſeu caſ. 42. num. 18. & 19.

9 Vlterius dictio iſta eſt taxatiua, & non progreditur vltrà diſpoſitionem; vt poſito Statuto, quòd eligatur Officialis vſque ad annum, inducitur taxatio, vt non poſsit iterùm eligi ad alium annum immediatum, Bal.conſ.218. in fin. lib.2. & conſ.316.in princ.lib.3. Et de hac dictione ſcripſit etiam Polyd.Rip.in tract. de nocturn.tempor. in cap. 63. per totum, & dixit alias Rota in Spoletana Spolij 3.Decem-

bris

bris 1565. coram Reuerendiſs. D. Grato bo. me. tunc Rotæ Romanæ Auditore; vt refert Farinac. in deciſ. 3. nu. 2. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vt, denotat conditionem.*
2 *Item, quandoquè modum.*
3 *Quandoquè ſimilitudinem.*
4 *Et quandoquè conſequutiuè ponitur.*

DICTIO CC. XCVII.

VT.

1 Dictio, Vt, varias habet ſignificationes; nam quandoquè denotat conditionem, l. hoc iure, ff. de donat. vbi Doctor. & maximè quando quid pendet ex fortunæ viribus, ita notat Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, q. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 95. nu. 11. lib. 7. Grat. conſ. 106. nu. 12. lib. 2. & quando iungitur ablatiuis abſolutis, Dec. conſ. 63. nu. 2. & conſ. 89. nu. 2. tom. 1. Becc. conſ. 58. num. 17. Surd. conſ. 435. nu. 33. lib. 3.

2 Quandoquè habet notandi modum, vt habetur in l. 1. C. de his quæ ſub mod. in l. dedi, ff. de condit. ob cauſ. Grat. conſ. 102. nu. 30.

lib. 2. gloſ. & omnes in d. §. Termilius, text. in l. demonſtratio, in fin. ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.

3 Ponitur, & ſimilitudinariè ad ſignificandũ aliquid ad ſimilitudinem alterius rei, l. 1. in princ. ff. ad leg. Falcid. l. vt hæredibus, ff. de legat. 2. Bald. conſ 106. nu. 3. lib. 1.

4 Item, quandoquè ponitur conſequutiuè, l. 4. C. de obſeq. patr. præſtan. l. ſi ſeruus, §. ſi oliuam, l. ſi ex plagijs, §. in cliuo, & in l. ſi bonos, ff. ad leg. Aquil. & confirmatur à Surd. in conſ. 115. nu. 89. vol. 3. cum alijs ibidem per eum allegatis; & ſic importat cauſam finalẽ, videlicèt, do vt facias, Bald. d. conſ. 106. nu. 3. in fin.

Hoc tamen intellige eſſe verùm, & importare cauſam finalem, quando apponitur in vim cauſæ, quæ ſit apta ad producendum ſuũ cauſatum, aliàs autem eſſet cauſa impulſiua, vt ponit Bald. loco proximè citato; & de hac dictione plura poſuit Alberic. in diction. in verbo, vt.

SVMMARIVM.

1 *Narrata per dictionem, Vt dicitur, non ſunt neceſſariò verificanda.*

DI-

DICTIO CC. XCVIII.

VT DICITVR.

1 NArrata, & expoſita per huiuſmodi dictionem, non ſunt neceſſariò verificantur, Caſſador. deciſ. 7. nu. 6 de iur. patron. & deciſ. 4. nu 8. de probat. Rot. deciſ. 77. de reſcript. in antiq. & ità etiam fuit dictum per Rotam in vna Iacen. Vicariæ 28. Iunij 1592. coram R. P. D. Penia.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vterquè, regulariter ponitur coniunctiuè.*
2 *Contrarium.*
3 *Declaratur.*

DICTIO CC. XCIX.

VTERQVE.

1 HÆc dictio habet ſignificationem coniungendi, & ponitur regulariter coniunctiuè, l. final. ff. de iur. Fiſc. l. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. l. Titius, & Sæius, ff. de hæred. inſtit. l. ſi duos, ff. de euictione. Coraſ. in l. etiam quidam, num. 2. C. de impuber. & alijs ſubſtit. Rolan. à Vall. conſ. 84. n. 5. tom. 4.

text.in l.hæredes mei, §.cũ ità, ff. ad Trebell. Maſcard. de probat. concluſ. 1308.n.7.vol. 3. Et eſt relatiua duorum, & de ſui natura in vno ſolo non verificatur, Corn conſ. 124.n 8. vol. 2.

2 Interdum autem ſemel in oratione poſita, habet vim diſiungendi, l. cum non ſolum, §. ipſum autem, C. de bon.quæ lib. l. ſi apud C.de appellat. l.Celſus, §.1. ff. de contrahen. emptio. & l.binas, ff. de ſeruit. vrban. præd.

3 Dum verò agitur de fauendo menti teſtatoris impropriatur ſicut dictio, quiſquè, & ſimiles, & vbi de ſui natura requirit concurſum omnium, mutat naturam, & verificatur etiamſi non adſit concurſus omnium, l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 175. num. 11. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vt Supra, facit relationem ad præcedentia, cum omnibus qualitatibus ſuis.*

2 *Limita tamen, vt infrà, & num. 3.*

DICTIO CCC.
VT SVPRA.

1 HViuſmodi dictio, facit relationẽ ad prę-cedẽtia, cũ omnibus qualitatibus ſuis; nam

nam ſi quis ſe ſubſcribens in aliqua ſcriptura vtatur illis verbis. Affirmo vt ſupra, videtur omnia præcedentia confirmare, & ad ea omnia facere relationem; ad not per Bart.in l.1. §. hoc ædicto, ff.de poſt. Dec. conſ. 226. nu. 3. tom. 1. l. item quæritur, §. item Iulianus, ff. locat. ibi, vt ſupra diximus: facit text. in §. ſanè, in proœm. Decretal. Crauett. conſ. 88. numer. 3. Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. final. ff. de legat. 2. Ruin. conſ. 18. num. 12. lib. 2. cum alijs congeſtis per Cephal. in conſ. 311. num. 37. lib. 3. Honded. conſ. 46. numer. 15. vol. 2. Gabr. conſ. 175. numer. 8. lib. 1. latè Surd. conſ. 200. num. 6. & conſ. 275. nu. 22. lib. 2. conſ. 313. num. 48. conſ. 362. num. 9. & conſ. 352. num. 8. lib. 3. conſ. 464. nu. 10. & conſ. 565. numer. 14. lib. 4. Pariſ. conſ. 19. num. 68. conſ. 41. num. 65. conſ. 48. nu. 14. conſ. 66. num. 6. & conſ. 75. num. 11. lib. 2. conſ. 1. numer. 129. conſ. 18. numer. 8. & conſ. 71. numer. 7. lib. 3. qui omnes confirmantur per text. in l. talis ſcriptura, §. final. ff. de legat. 1. quam opinionem ſequuti ſunt etiam Franc. de Curt. conſil. 51. col. 7. verſ. & potiſsimè, idem Pariſ. conſ. 80. nu. 49. libr. 2. conſ. 72. numer. 13. & conſil. 108. num. 35. lib. 3. Alex. conſ. 59. circa fin. col. 3. Alban. conſ. 57. nu. 6. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 164. num. 13. Menoch. conſ. 73. num. 24. Surd.

deciſ.291.n.13.& deciſ.319.n.8.Vinc.de Fran. deciſ.87. nu.4. part.1.Anchar.q.7.nu.4.part.2. Ruin.conſ. 18.num 12. vol. 2. Mandell. conſ. 473.num.5. & 15. & ibi apoſtill. Anchar.conſ. 370. Decian.conſ.72.nu.46. lib. 2. & deniquè Rot. apud Farinac. deciſ. 461.nu. 9. vol. 2.

2 Limita, & id intellige eſſe verùm vbi eſt eadem ratio, alias ſecùs; Franc.d.deciſ.n.10. & importat relationem ad ſuperiùs proximè dicta, non autem ad ſuperiùs remota, Cuman. conſ.22. incipien. Teſtator legauit, circa fin. verſ. nec moueor.

3 Limita etiam, vt non repetat ea, quæ non ſunt expreſſa, nequè ea, quæ infrà dicuntur, Decian. conſ. 86. num. 22. cum ſequent. lib.3. Et ſi in præcedentibus multæ ſint appoſitæ conditiones, & in ſequentibus vna ſolummodo repetatur conditio, videlicèt, cum iſta conditione, vt ſupra, in ſingulari numero prolata, non importat cõditionem in alijs, ſed ſolum in expreſſis, Cuman. d. conſ. 22. in fine.

Et hæc ſunt, quæ mihi occurrunt circa 300. iſtas Dictiones, in quibus ſi quid boni eſt, ſit ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, eiusq. Glorioſiſsimæ Virginis Matris Mariæ, ac Beatorum Nicolai, & Ludouici Patronorum familiæ meæ; ſi ſecùs, imputetur imperitiæ meæ.

FINIS.

IN-

INDEX MATERIARVM,

QVÆ IN HOC TRACTATV DICTIONVM CONTINENTVR.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

A

A *Et Ab, Dictiones, An incluſiuè, vel excluſiuè ponantur Dict.1.n.1.& 2. Intellige, vt in nu.3.& 4. Ponitur quandoquè pro dictione, poſt, nu. 5. & denotat cauſam efficientem, ibid num. 6.* *fol.* 3.

Ac ſi eſt dictio relatiua, & denotat ſimilitudinem. dict. 3. nu. 1. & 2. 7

Ad, dictio, denotat exterioritatem. dict.4. n. 1. Item denotat modum, nu. 2. Apponitur pro dictione, iuxta, nu. 3. Item importat conditionem, num. 4 8

Adeò eſt dictio continuatiua. dict. 5. num, 1. iuncta cum dictione quòd, eſt illatiua, n.2. 9

Ad inſtantiam, eſt dictio, quæ tantum valet, quantum ſi diceretur ad petitionem talis. dict. 6. nu. 1. *fol.* 10

Ad ripam, eſt dictio taxatiua. dict. 7. nu. 1. 11

Aequè, dictio appoſita in inſtitutionibus facit, vt omnes cenſeantur vocati in virilem pro numero perſonarum. dict. 8. nu. 1. Amplia, vt etiam non nominatos inducat pro nominatis haberi, nu. 2. 11

Alias, eſt dictio qualitatis, & intelligitur, ideſt, aliter, vel alio modo. dict. 9. nu. 1. Importat aliquando conditionem, nu. 2. & aliquando non, nu. 3 & ponitur etiam incluſiuè, n. 4. 12

Alioquin, dictionem Bart. mirabilem appellat. dict. 11. n. 1. inducit conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni, num. 2. Item ſonat in alternatiuam, nu. 3. 18

Aliquis, dictio explicatur, & ampliatur. dict. 15. nu. 1. & ſequent. 20

Alius, eſt dictio relatiua, & præſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta eſt mentio. dict. 10. nu. 1. Importat ſimilitudinem, n. 2. Fallit, vt in n. 3. Habet quandam generalitatem, itaut comprehendat etiã alios non expreſſos, n 4. denotat diuerſitatem à ſupra expreſſis, & diuerſa ab expreſſis includit, n. 5. & excludit nominata, includens alia omiſſa in præcedenti diſpoſitione, n. 6. 14

Alter, dictio non verificatur niſi de duobus de

ſui

ſui propria ſignificatione, ſicut dictio, ambo. dict. 16. nu. 1. Interdum etiam contra propriam ſignificationem cadit inter tres, quando expedit, nu 2. fol. 23

Ambo, dictio regulariter exigit, diſpoſitionem in omnibus verificari, nec ſatis eſt, vt in vno verificetur. dict. 17. nu. 1. Fallit in duobus caſibus, nu. 2 & 3. 24

Amplius, dictio inducit repetitionem. dict. 18. nu. 1. & ponitur augumentatiuè ſicut dictio, plùs, ſed ad modicum refertur, nu. 2. 25

Appellatione hæredum ſupraſcriptorum, an veniat hæres hæredis. dict. 262. nu. 3. 315

Ardicinus S.R.E. Cardinalis à Porta familiariſsimus D.Cataldini de Boncompagnis, dict. 124. nu. 5. 158

Aſsiduè, dictio accipitur, ideſt, omnibus horis. dict. 21. nu. 1. Intellige vt in nu. 2. 26

Aut, dict. regulariter ſumitur diſiunctiuè. dict. 22 nu. 1. & diſiungit ſenſum, & verba, n. 2. Imò eſt talis naturæ, vt etiam diſiunctiuè omnia verificentur, nu 3. ſtat etiam correctiuè, reſtrictiuè, & expoſitiuè, nu. 4. 27

Autem, dictio eſt aduerſatiua. dict 23. num. 1. Aduerſatur præcedētibus in iure, & in facto, nu. 2. nec ſolum eſt aduerſatiua, ſed etiam repetitiua præcedentium cum omnibus qualitatibus, nu. 3. 28

Benè,

INDEX.

B

B *Enè, eſt dictio, quæ relinquitur declaranda arbitrio boni Viri, & ſic in dubio intelligi debet. dict. 24. n. 1. & eiuſdem ſignificationis eſt dict. Rectè, n. 2.* *fol.* 30

Borſius I. Ferrariæ Dux nominatur. dict. 124. nu. 4. 158

C

C *Ameralis executio non impeditur per verba, factis priùs computis. dict. 183. num. 1.* *fol.* 218

Cataldinus de Boncompagnis Auctoris Conciuis laudatur. dict. 124. n. 3. 158

Cætera, dictio eſt relatiua, & repræſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius eſt ille, de quo priùs facta eſt mentio. dict. 27 n. 1. Regulatur tamen ſecundum naturam rei, cui adijcitur, n. 2. 31

Ceterum, dictio ſumitur vt nomen, & vt aduerbium, & quid ſignificet. dict 28. num. 1. & 2. 32

Ciceronis loca citantur. dict. 166. n. 2. 202

Circa, dictio ponitur continuatiuè. dict. 29. n. 2. Refertur ad modicum tempus n. 3. Ad excludendum delictum quomodo intelligatur, n. 4. Item ponitur incluſiuè, n. 5. 33

Ci-

Citatus ad comparendum legitimè, quomodo debeat comparere. dict. 115 n. 1. & 2. fol. 147

Citra, dictio regulariter ſignificat tempus præteritum, vſquè ad præſens, quo aliquid fit. dict. 30 n 1 Quod eſt verùm quando ita expoſcit ſubiecta materia, vt cum profertur ab homine in iudicio, n. 2. Secus quando profertur à lege communi, vel ſpeciali, num. 3. fol. 34. & 35.

Communis vſus intelligendi, & loquendi propriæ ſignificationi eſt præferendus, nu. 2. in princip. de diction. in gener. fol. 1

Concorditer, dictio intelligitur ſine vlla diſcrepantia, & nemine contradicente. dict. 31. n. 1. 38

Confeſtim, dictio eſt intelligenda cum temperamento temporis. dict 32. num. 1. ſignificat idem quòd dictio, mox, & incontinenti, nu. 2. 39

Cum, dictio copulat acceſſoriè. dict. 34. nu. 1. Ponitur æquè principaliter ſicut copula, et, nu 4. Denotat ſimultatem quandam, & de neceſſitate requirit cõcurſum vtriuſquè partis, n. 5. Adiecta verbo præſentis temporis ponitur cauſatiuè, & accipitur pro dictione, quia, n. 6. Item ponitur conditionaliter, n. 7. Item denotat admonitionem, ſeù admirationem, n. 8. 40

De,

INDEX.

D

DE, *Dictio ſubtiliter explanatur. dict. 36. num. 1. & ſequen.* *fol.* 44
Debet, eſt dictio importans neceſſitatem. dict. 37. n. 1. Habet vim transferendi dominium, n. 2. Denotat ſignificationem verborum quibus iungitur, num. 3. Et ponitur aliquando pro dictione, ſolet, nu. 4. 48
Deinceps, dictio reſpicit quodcunquè tempus futurum. dict. 38. nu. 1. Et accipitur in infinitum, nu. 2. 49
Deindè, dict. appoſita in Inſtrumento ſocietatis quid ſignificet. dict. 39. num. 1. eſt ordinis deſignatiua, nu. 4. 50
Deſcendentes, eſt dictio latiſsima, & extenditur in infinitum, ad omnes poſteros. dict. 41. nu. 1. & deſcendentium appellatione qui cõprebendantur, nu. 2. 3. 4. & 6. 52
Dicti, dictio cuius ſit natura, & quam ſignificationem babeat. dict. 42. nu. 1. & 2. Limita vt in nu. 3. 53
Diſpenſatio tollitur per dictionem, nullatenus. dict. 144. nu. 2. 176
Diù, dictio ſignificat decennium. dict. 43. n. 1. & 2. ponitur quandoquè pro biennio, num. 3. In fideiuſsore quid ſignificet, nu 4. 56
Diutiùs, dictio quid ſignificet. dict. 44 num. 1. & 2.

& 2. *fol.* 61
Doctor ſi conſuluit per dictionem, fortè, conſilium eius dicitur aſſertiuum, & non dubitatiuum. dict. 68. nu. 5. Limita nu. 6. 96
Donec, dictio regulariter ſignificat tempus limitatum. dict. 45. nu. 1. facit conditionem, nu. 2. Intellige vt in nu. 3. 62
Dum, dictio facit conditionem, dict 46. nu. 1. 64
Dummodo, dictio quid requirat. dict. 48. nu. 1. Importat modum, n. 2. tribus caſibus importat conditionem, nu. 3. 4. & 5. 66
Duntaxat, dictio quid ſignificet. dict. 47. nu. 1. habet vim tacitæ prohibitionis, & expreſſæ, num. 2. 65

E

EAdem, dictio dupliciter capi poteſt. dict. 49. n. 1 ſignificat identitatem in omnibus, & per omnia, nu. 2. *fol.* 68
E contra, dictio præſupponit contradictionem cum antecedentibus. dict. 51. n. 1. Intellige vt in nu. 2. 69
Emphyteuſis Eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos hæredes. dict. 205. n. 2. Limita ſi in contractu emphyteotico addatur dictio, quicunquè, nu. 3. 242
Eo caſu, dictio appoſita in ſubſtitutionibus quid operetur. dict. 52. nu. 1. eſt relatiua cum omnibus qualitatibus ſuis, nu. 2. 69

Eo

INDEX.

Eo ipſo, dictio ſtatim prolata annullat ipſo iure. dict. 51. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 70

Eorum, dictio inducit repetitionem cum omnibus qualitatibus ſuis. dict. 56. *n.* 1. 72

Ergo; dictio ponitur illatiuè, ſeù continuatiuè. dict. 57. *num.* 1. *Ponitur etiam incœptiuè, nu.* 2. 73

Et, dictio principaliter, & ſecundum ſuam propriam ſignificationem, requirit vtrunquè ſimul verificari, & omnia copulata adimpleri. dict. 59. *n.* 1. *&* 2. *copulat, & coniungit præcedentia cum ſequentibus, repetitquè omnes qualitates præcedentis ſermonis, n.* 3 *&* 4. *Limita, n.* 5. *An requirat concurſum omnium enumeratorum, vel ſatis ſit eorum alterū, n.* 6 *Item ponitur inter diuerſa, & habet vim coniungendi, nu.* 7. *&* 8. *Appoſita in legatis eſt fauorabilis, quia ampliat, & augumentat, n.* 9. *Item ſumitur aliquando pro dictione, ſæpè, n.* 10. *Item aliquando pro dictione, id eſt, n.* 11. 77. *&* 78

Et cætera, dictio ſumitur nominaliter, & aduerbialiter, dict. 58. *n.* 1. *&* 2. *appoſita in inſtrumento quid operetur, num.* 3. *&* 4. *Sub hac dictione comprehendi ſolum ea, quæ veniunt ad complementum orationis, nu.* 5. *fol.* 73. *&* 74.

Etiam, eſt dictio ampliatiua, & implicatiua. dict. 60. *n.* 1. *exprimit caſum magis dubitabilem,*

bilem, & implicat minùs dubitabilem, n. 3. Item importat idem quod dictio, hoc amplius, & vltra, n. 4. Item eſt incluſiua, n. 5. Item ponitur pro dict. maximè, n. 6. Intellige, vt in n. 7. fol. 83

Etſi, dictio eadem eſt, ac etiamſi. dict. 62. n. 1. & eſt ampliatiua, n. 2. 88

Et ſic, dictio eſt correctiua, & repetitiua formæ, & qualitatis præcedentis vocationis. dict. 61. n. 1. 87

Ex, dictio ſecundum ſuam propriam ſignificationem denotat cauſam proximam & immediatam. dict. 63. n. 1. Et ita eſt dicendum de dict. de, n. 2. Aliquando fallit, n. 3. Item importat ſeparationem, n 4. Differentia inter dictiones, ex, ob, & proptèr, nu. 5. 89

Extra, dictio eſt excluſiua. dict. 66. n. 1. Intellige vt in n. 2. Ponitur tribus modis, nu. 3. 94

Ex tunc, dictio denotat temporis extremitatem. dict. 65. nu. 1. & habet vim latæ ſententiæ, nu. 2. 92

Ex nunc, dictio refertur ad tempus actus facti. dict. 64. n. 1. 91

F

FOeminæ regulariter in feudis non ſuccedit. dict. 74. num. 3. 102

Fœmina dotata, vigore Statuti nihil poteſt prætendere de bonis paternis. dict. 223. nu. 2. 266

Ferè,

Ferè, dictio quomodo ſumatur. dict. 67. nu. 1. de ſui natura eſt diminutiua, nu. 2. fol. 95

Feudum conceſſum quibuſcunquè hæredibus, omnes hæredes cuiuſuis generis admittit. dict. 295. nu. 3. 359

Fideiuſſor quando poſſit ſe à vinculo fideiuſſionis liberari. dict. 43. nu. 5. & ſeq. Limita, vt in nu. 11. & 12. 56

Finis beneplaciti eſt diſdicta Societatis. dict. 39. n. 3. 50

Fortè, dict. regulariter eſt dubitatiua nihil certi affirmans. dict. 68 nu 1. Ponitur aliquando aſſertiuè, n. 4. Solet etiam importare cauſam impulſiuam, n. 7. Item & augumentum, num. 8. 96

G

Generaliter, dictio dupliciter ſumitur. dict. 70. nu. 1. & 2. fol. 100

Generatio comprehendit maſculos, & fœminas. dict. 71. n. 1. Et eſt verbalis, nu 2. 101

H

Hæres, dictio quadrupliciter ſumitur. dict. 74. n. 1. comprehendit omnes deſcendentes vſquè in infinitum, nu. 2. fol. 102

Hinc, dictio denotat cauſam finalem, & habet alias ſignificationes. dict. 75. n. 1. 2. 3. & 4. 104

Hac,

Digitized by Google

Hoc, eſt dictio demonſtratiua ad oculum. dict. 76. n. 1. fol. 105
Hoc amplius, eſt dictio repetitiua. dict. 77. n. 1. & importat augumentum, n. 2. 105
Hodie, iſta dictio non admittit dilationem, neque conditionem inducit. dict. 78. n. 1. facit debitorem moroſum, n. 2. 106
Huiuſmodi, eſt dictio repetitiua, & relatiua. dict. 79. n. 1. Appoſita verbo, hæreditati, quid ſignificet, n. 2. 107

I

IAm, dictio denotat temporis perfectionem. dict. 80. n. 1. fol. 108
Ideò, dictio denotat cauſam finalem. dict. 81. nu. 1. 108
Idem, eſt dictio repetitiua præcedentium. dict. 82. nu. 1. 109
Ideſt, eſt dictio, quæ habet vim reſtringendi. dict. 83. n. 1. & idem dicendum eſt de dict. ſcilicet, & videlicet, n. 2. 110
Idoneus, dictio multipliciter intelligitur. dict. 84. nu. 1. 111
Igitur, dictio regulariter ſtat illatiuè. dict. 85. nu. 1. aliquando incœptiuè, n. 2. 111
Ille, dictio an comprehendat fœminas. dict. 86. nu. 1. 112
Imò, eſt dictio correctiua. dict. 88. n. 1. Ponitur quandoquè ſimpliciter, n. 2. 113

In, *dictio diuerſimodè ponitur*. *dict*.91. *per totam*. *fol*. 115

In circa, *dictio intelligitur de modico temporis interuallo. dict* 92.*n*.2.*& iſta modica quantitas relinquitur declarãda arbitrio Iudicis*, *n*. 3. *Intellige vt in n*. 5. *Limita ſi agatur de certa tẽporis*, *& qualitatis probatione*, *n*.4. 120

Incontinenti, *dictio quid importet. dict*.93 .*n*. 1. *Prolata à lege trahit ſecũ executionem iuris*, *n*.2. *communiter ſumitur arbitrariè*, *n*. 3. 123

In euentum, *dictio eſt ſubſidiaria. dict* 94. *n*. 1. *idem dicendum eſt de dictione*, *indefectum*, *n* 2. 124

Infrà, *dictio habet relationem ad ſequẽtia. dict*. 95.*n*. 1. *Appoſita verbo*, *annum*, *quid ſignificet*, *n*.2. *eſt ſimilis dictioni*, *citra*, *n*.3. 124

Infraſcripti, *dictio quomodo verificetur*. *dict*. 96. *n*.1. *& eſt relatiua*, *n*. 2. 126

In perpetuũ, *dictio quomodo intelligatur*. *dict*. 97. *nu*. 1. *&* 2. 126

Inſimul, *dictio ſignificat connexitatem*. *dict*. 98 *n*.1. 127

Inſolidum, *dictio appoſita in inſtrumento ſocietatis quid importet*. *dict*. 99. *n*. 2. 128

Inſtar, *dictio ſignificat ideſt ad ſimilitudinem*. *dict* 100. *n*. 1. 129

Inſuper, *dictio intelligitur circa ſuperiora*. *dict*. 101.*n*.1.*eſt correctiua eiuſdem ſermonis*, *n*.2. *ſignificat idem quod*, *vltrà*, *nu*. 3. *Ampliat* pre-

præcedentia, n.4. Ponitur inter diuerſa, n.5. Item pro præcipuè, nu. 6. fol 129. & 130

Inſtrumentum quando non benè, nec ad plenū exprimit conceptum, vel partium intentionē, dictio cæterata nihil operatur. dict. 58. *n.* 8. *Ratio ibid n* 9. 74

Inſtrumentum, in quo Notarius dixit Mæuius filius quondam Sempronij, quid importet. dict. 219. *n.* 2. 3. & 4. 262

Inter, dictio ſignificat extremitatem temporis. dict. 103. *n.* 1. *quandoquè ponitur pro dict. citrà, nu.* 2. 132

Integraliter, dictio ſeù integrum, quid importet. dict. 107. *nu.* 1. *Appoſita in Statuto quid operetur, n.* 2. *& quid in beneficio Principis, n.* 3. 134. & 135

Interdiù, eſt dictio temporalis. dict. 104 *n.* 1. 132

Interim, dictio denotat idem, quod medio tempore. dict. 105. *n* 1. *Reſtringit diſpoſitionem loquentis ad tempus, cui adiecta eſt, non autem excedit tempus, cui ſubijcitur. n.* 2. & 3. 133

Intra, dictio accipitur incluſiuè, & includit extrema. dict. 102. *n.* 1. *Aſſumitur pro dictione, iuxta, n.* 2. 131

Inuicem, dictio denotat animi coniunctionem. dict. 106 *n.* 1. 134

Ita, dictio accipitur multis modis. dict. 108. *n.* 1. 2. 3 & 4. 136

Itaquè, dictio reſtringitur ad præcedentia. dict. 109.

dict. 109. nu. 1. & 2. *fol.* 137
Ita quòd, & Ita tamen, ſunt dictiones declaratiuæ præcedentium, ac limitatiuæ. dict. 110. *n.* 1. *Item intelliguntur ſecũdum ſupradicta, & per eas non amplian tur præcedentia, n.* 2. *& 4. Item inducunt conditionem, n.* 3. 138
Item, eſt dictio repetitiua præcedentium. dict. 112. *n.* 1. *Limitatur tribus modis, n.* 2. 3. *& 4. pluries repetita oſtendit diuerſitatem capitulorum, n.* 5. 140
Iterùm, dictio denotat repetitionem, & ponitur continuatiuè. dict. 111. *n.* 1. 140
Ipſe, eſt dictio perſonaliſsima, & demõſtratiua ad oculum, & magis reſtringit, quam aliæ dictiones relatiuæ. dict. 113. *n.* 1. *& 2. Inducit repetitionem præcedentium, n.* 3. 143
Iuxta, dictio multipliciter declaratur. dict. 114. *n.* 1. *cum ſequent.* 145

L

L*Egatum factum cum dictione, donec, quomodo intelligendum. dict.* 45. *n.* 3. *fol.* 62
Legitimatus nõ dicitur legitimus, ſed tanquam legitimus. dict. 164. *n.* 2. 198
Lex, ſiuè Statutum, ſi dicat, aliquem obligatum eſſe perindè ac ſi confeſſus eßet quid importet. dict. 164. *n.* 1. 198
Liberè, dictio importat ſinè aliquo impedimento,

& ſinè aliqua contraditione. dict. 116. n. 1. Appoſita in contractu quid importet, & quid in venditione, n. 2. & 4. & quid in facultate alicui cõceſſa de cõferẽda aliqua re, n. 3. fol. 148

Linea quomodo, & qualiter intelligatur. dict. 118. n. 1. 151

Logici vtuntur duobus terminis, & qui ſint. dict. 296. n. 1. 304

Longum tempus, iſta dictio denotat ſpatium decem annorum. dict. 119. n. 1. 153

Ludouicus de Viſſo Iuriſconſultus laudatur. dict. 124. n. 6. 158

M

M*Agis, dictio ſtat comparatiuè, & electiuè. dict. 120. nu. 1. & 2. Declara vt in nu. 3. Modus cognoſcendi, vtrum ſtet comparatiuè, vel electiuè, n. 4. ponitur quandoquè pro dict. minùs, n. 5. fol.* 154

Magnus, dictio quid denotet. dict. 121. n. 1. 155

Maximè, dictio ponitur comparatiuè. dict. 122. n. 1. quandoquè abundat, n. 2. Item eſt implicatiua, nu. 3. Secùs ſi ponatur poſt genus ſpeciem includens, n. 4. Importat idem quod, præſertim, n. 5. 155. & 156

Moderatio, dictio accipitur pro gubernio. dict. 124. n. 1. Significat, moderationem faciendam arbitrio Iudicis, n. 2. 158

Modo, eſt dictio demonſtratiua præſentis temporis.

poris. dict. 125. n. 1. importat idem quod dictio, nunc, n 2. nullam dilationem admittit, n. 3. Accipitur taxatiue, n. 4. Interdum ponitur pro aliquando, n. 5. fol. 160
Mox, dictio appoſita in lege, quid denotet. dict. 126. n. 1 & 2. 161
Multa, dictio in quot verificetur. dict. 127. nu. 1. 161

N

Nam, dictio ponitur pro, quia, & denotat continuationem. dict. 128. n. 1. & 2. fol. 162
Narrata per dictionem, fortè, non ſunt neceſſariò verificanda. dict. 68. n. 2. 96
Narrata per dictionem, vt dicitur, non ſunt neceſſariò verificanda. dict. 298. n. 1. 370
Ne, dictio an inducat modum, vel conditionē, & in dubio quid ſignificet. dict. 129 n. 1. Ponitur quandoquè pro, an, & alijs modis. n. 2. 163
Nec, eſt dictio copulatiua, & continuatiua præcedentium. dict 130. n. 1. 164
Necnon, dictio reſoluitur in copulam. dict. 131. n. 1. 165
Negatiua, dictio omnia excludit etiam minima. dict. 132. n. 1. Item requirit concurſum omnium particularium, n. 2. Appoſita verbo, poteſt, quid improtet, n. 3. Ponitur propriè, & impropriè, n. 4. 165

Nem-

Nempè, dictio eſt affirmatiua, & ſimilis dictioni certè, & planè. dict. 33. n. 1. fol. 167
Nequè, dictio quid requirat. dict. 134. *n.* 1. 167
Nihil, eſt dictio vniuerſalis negatiua. dict. 135. *n.* 1. 168
Niſi, dictio diuerſimodè concipitur. dict. 137. *n.* 1. *& ſequen.* 169
Nomen, dictio ponitur pro familia. dict. 139. *n.* 1. *& conuenit nomini proprio, & appellatiuo. n.* 2. 172
Nomina ſunt naturalia. dict. 41. *n.* 5. 52
Nominatim, dictio importat idem quod ſpecialiter. dict 140. *n.* 1. 173
Non, eſt dictio negatiua. dict. 141. *n.* 1. *Ponitur aliquando conuerſiuè, n.* 2. *&* 3. 174
Notarius ſi poſt clauſulam cõſtituti appoſitam in inſtrumẽto, immediatè conſueuerit apponere clauſulam accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate, & appoſuerit clauſulam conſtituti cum dictione, Et cætera, non cenſetur appoſita clauſula accipiendi poſſeſſionẽ propria auctoritate. dict. 58. *n.* 6. *Amplia, vt in n.* 7. 74
Nullatenus, dictio importat nullitatem actus ipſo iure, & eſt vniuerſalis negatiua, dict. 144. *n.* 1. *Item habet vim decreti irritantis. nu.* 3. 176
Nullus, eſt dictio vniuerſalis negatiua. dict. 143. *n.* 1. *Aliquando accipitur pro dictione,*

aliquis, nu. 2. *fol.* 175
Nunquam eſt dictio vniuerſalis negatiua, & nullam recipit reſtrictionem. dict. 138. *n.* 1. *&* 2. 171

O

OB, dictio ſignificat cauſam. dict. 145. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 178
Obligatio inſolidum importat integritatẽ, nulla admiſſa detractione. dict. 99. *n.* 1. 128
Obliuio præſumitur etiam in facto proprio ſpatio decem annorum. dict. 119. *n.* 2. 153
Occaſio, dictio denotat cauſam remotam, & impulſiuam. dict. 146. *n.* 1. 178
Olim, dictio tria tempora denotat. dict. 151. *n.* 1. 186
Omnis, eſt dictio vniuerſalis nihil excludens, habetquè ſignificationes varias, quæ pro viribus declarantur. dict. 147. *n.* 1. *& ſequen.* 179
Omninò, dictio quam vim habeat demonſtratur. dict. 150. *n.* 1. *&* 2. 184
Omnimodo eſt dictio præciſa, & ſumitur alijs modis. dict. 149. *n.* 1. *& ſequen.* 182

P

PActum factum cum dictione, dicti, quid operetur. dict. 42. *n.* 4. *fol.* 53
Palàm, dictio intelligitur coram pluribus. dict. 152.

152.n.1. quid differat à dictione, publicè, n.2. Item ſignificat indubitanter, n. 3. fol. 187
Pariter, dictio importat identitatem, & ſimilitudinem iuris, & temporis. dict. 153.n.1. 187
Paſsim, dictio declaratur, ideſt, indiſtinctè. dict. 154. n.1. 188
Penès, dictio intelligitur, ideſt, apud, & iuxta, dict. 156 n.1. 189
Penitus, dictio, eiuſquè vires demonſtrantur. dict. 157 n.1. & ſequen. 190
Pro, dictio ſignificat conſumationem, ſeù perfectionem rei, cui adijcitur. dict. 158. n. 1. Item cauſam efficientem, n.2. Item augumẽtum, n. 3. 192
Perdiſſena, & Perentiſſena dictiones quid ſignificent, & vndè componantur. dict. 159. n.1. & 2. 193
Perfũctoriè, dictio quid importet. dict. 160. n.1. 194
Perpetuò, dictio intelligitur ſinè temporis præfinitione. dict. 163. n.1. Contrarium n.2. & 4. In fideicõmiſſis quomodo intelligatur. n.5. 196
Poſt, dictionem Scriptores diuerſimodè ſumpſerunt. dict. 166. n.1. 202
Poſtea, dictio denotat interuallum. dict. 167. n. 1. 203
Poſtquã, eſt dictio conditionalis. dict. 168. n. 1. 203
Potiùs, dictio ſignificat idem quod, priùs. dict. 170. n. 1. 205
Plerunquè, dictio denotat regulam. dict. 173.

173. *num.* 1. *fol.* 207

Plures, dictio pro duobus tantum accipitur. dict. 174. *n.* 1. *Fallit, n.* 2. 207

Plus, vel Pluris, dictio quomodo intelligatur. dict. 176. *n.* 1. 2. 3. & 5. 209

Præbenda, dictio quomodo ſumatur, & quid importet. dict. 177. *n.* 1. 212

Praciſè, dictio quid importet. dict. 178. *n.* 1. 213

Prædicti, dictio eſt relatiua ad præcedentia. dict. 179. *n.* 1. & *importat ac ſi omnia præcedentia nominatim, & ſpecificè eſſent expreſſa, nu.* 2. 214

Præſertim, dictio quid denotet. dict. 180. *n.* 1. & 2. 215

Præter, dictio regulariter ponitur incluſiuè. dict. 181. *n.* 1. *Contrarium, n.* 3. 216

Princeps Iudici mandans, vt per ſeipſum in cauſa procedat, & iuſtitiam faciat, per alium expedire nō poteſt. dict. 161. *n.* 1. *Contrarium, n.* 2. 194

Princeps ſi dederit alicui licentiam intrandi ſecurè poſſeſſionem, non poteſt conueniri ſuper ſpolio. dict. 233. *n.* 2. 275

Princeps in priuilegio cum dictione, ſicut, vel prout ſupra, affirmat. dict. 242. *n.* 3. 294

Pro, dictio tripliciter ſumitur. dict. 184. *nu.* 1. *Item deſignat cauſam finalem, n.* 2. *Declara, n.* 3. *In dubio quid importet, n.* 4. 218. & 219

Propter, dictio ſignificat cauſam remotam, & im-

impulſiuam. dict. 188. n. 1. fol. 222

Protinus, dictio æquipollet dictionibus, ſtatim, mox, & ſimil. dict. 191. n. 1. & eſt ordinatiua n. 2. 223

Prout, dictio ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè. dict. 192. n. 1. & 2 poſita in reſcripto ſtat conditionaliter, n. 3. quid ſi proferatur à partibus, n. 4. ſtat etiam ſimilitudinariè, & eſt repetitiua omnium qualitatum, nu. 5. Vera eiuſdem dictionis ſignificatio, nu. 6 Quomodo intelligatur in verbo imperſonali, n. 7. 224

Proximè dictio denotat extremitatem temporis. dict. 193. num. 1. excludit tempus præſens. nu. 2. 228

Q

QValitercunquè, eſt dictio generalis comprehendens omnem modum. dict. 194. num. 1. & verificatur etiam in minimo, n. 2. fol. 229

Quamprimùm, dictio importat ſpatium trium menſium in magnis, & duorum in paruis. dict. 195 n. 1. 230

Quamuis, dictio eſt implicatiua, vel aduerſatiua. dict. 197. n. 1. quandoquè ponitur diſiunctiuè, n. 2. 230

Quandiù, eſt dictio conditionalis. dict. 198. n. 1. Contrarium, n. 2. Intellige, n. 3. 231

Quando, dictio regulariter facit conditionem. dict. 199.

dict. 199.*n.*1.*quandoquè ſumitur temporaliter, n.*2. *fol.* 232

Quãdoquè, dictio ponit generalitatem, ſeù temporalitatem. dict. 200.*n.*1. 233

Quandocunquè, eſt dictio diſtributiua. dict. 201.*n.*1.*eſt vniuerſalis, n.*2.*Appoſita in pacto redimendi, an tollat præſcriptionem, nu.* 3. 234

Quaſi, eſt nota improprietatis, & propriè ſemper ſonat in fictionem, non autem in veritatem, quicquid multi in contrarium dixerint. dict. 202.*n.* 1. *&* 2. 237

Quatenus, dictio importat conditionem. dict. 203.*n.*1. *Item eſt limitatiua, n.*2. *Item ponitur pro dict. quia, & alijs modis, num.* 3. *&* 4. 239

*Qualibet dictio intelligenda eſt ſecundum ſignificationem, quæ communi vſu, legibus, & Prouinciæ conſtitutionibus recepta eſt, nu.*1. *&* 3. *de diction. in gener. in princ.* *fol.* 1

Qui, eſt dictio relatiua, dict. 204.*n.*1.*aliquando facit conditionem, n.*2. 241

Quia, dictio ponitur cauſatiuè. dict. 205.*nu.*1. *exprimit cauſam finalem, n.*2. *& aliquando importat idem quod dictio, cum, n.* 3. 241

Quicunquè, dictio eſt vniuerſalis nihil excludens. dict. 206.*n.*1. *Ampliatur, & reſtringitur, n.*4. *& ſequen.* 242

Quicquid, eſt dictio vniuerſalis, & præciſa omnem

nem modum comprehendens. dict. 207. n. 1. & continet omne ius, n. 2. fol. 252

Quidni, eſt dictio interrogatiua ſicut dictio, cur. dict. 209. n. 1. eſt etiam quandoquè affirmatiua, n. 2. 253

Quilibet, dictio attribuit actum cuilibet inſolidum. dict. 210. n. 1. Quid differat à dictione, omnis, n. 2. Prolata ab homine recipit augumentum, n. 3. 254

Qui omne periculum in ſe ſuſcepit, etiam caſus fortuiti periculum in ſe ſuſcipere videtur. dict. 165. n. 1. 201

Quiſquis, eſt dictio vniuerſalis. dict. 213. n. 1. & attribuit actum cuilibet inſolidum, n. 2. 256

Quod, ſtat cauſatiuè pro, quia, dict. 214. n. 1. Quandoquè ſtat aduerſatiuè, n. 2. 257

Quoad, dictio eſt repetitiua. dict. 215. num. 1. Denotat temporis proceſſionem, n. 2. 258

Quomodocunquè, dictio appoſita in Statuto, quid importet. dict. 217. n. 1. 259

Quomodolibet, dictio importat idem, quod quocunque modo. dict. 218. n. 1. & comprehendit omne ius directum, vel indirectum, n. 2. 260

Quondam, dictio ſignificat tria tempora. dict. 219. n. 1. 262

Quoquè, eſt dictio implicatiua implicans etiam non dicta. dict. 220. n. 1. Et eſt copulatiua, nu. 2. 263

Quoquomodo, eſt dictio vniuerſalis comprehendens

dens omnem modum, qui excogitari poteſt. dict 221.n.1. Et de iſta vniuerſalitate plura demonſtrantur in n. 2. & 3. fol. 264

Quouis modo, dictio impedit interpretationem reſtrictiuam. dict. 223 n. 1. 366

Quouſquè, dictio eſt limitatiua, & repetitiua ſimul. dict. 224. n. 1. importat conditionem, n. 2. 267

R

RItè, & Rectè, dictionum propria ſignificatio dict. 225. n. 1. fol. 268

Renetis, dictio quomodo intelligatur. dict. 228. n. 1. & 2. 270

Reſiduum, dictio verificatur in eo toto quod remanet. dict. 226. nu. 1. Arguit ſolutionem partis, ad quam quis tenebatur, num. 2. & 3. 269

Rursùs, dictio quomodo accipiatur. dict. 229. n. 1. & 2. Nonnunquam accipitur pro, poſtea, n 3. Aliquando pro, è contra, nu. 4. Aliquando pro, ideſt, n. 5. Quandoquè eſt repetitiua, quandoquè continuatiua, n.6. 271

S

SAltem, dictio verificat diſpoſitionem, ſimilitat qualitas, cui adiungitur. dict. 230. num. 1. 272

Saluo.

I N D E X.

Saluo, *eſt dictio modificatiua*, *& reſtringit id quod in præcedentibus dictum eſt*. *dict*. 231. *n*. 1. *Amplia*, *vt in n*. 2. *&* 3. *fol*. 272

Sanè, *dictio multipliciter ſumitur*. *dict*. 232. *nu*. 1. 274

Securè, *dictio aſſecurat ſuper ſpolio*. *dict*. 233. *nu*. 1. 274

Secundum, *dictio eſt limitatiua*, *& reſtrictiua præcedentium*. *dict*. 234. *n*. 1. *&* 2. *Ponitur cauſaliter*, *& conditionaliter*, *n*. 3. *Contrarium*, *n*. 4. *Ponitur etiam aliquando pro dict. iuxta*, *n*. 5. 275

Sed, *dictio ponitur aduerſatiuè*. *dict*. 235. *n*. 1. *poſita ſine copula denotat diuerſitatem iuris*, *& facti*. *n*. 2. *& quid cum copula*, *n*. 3. 278

Semper, *dict. quid importet*, *explicatur*, *& enodatur*. *dict*. 236. *n*. 1. *& ſequent*. 279

Sæpè, *dictio verificatur in vnica vicè*, *ſæpiùs in duabus*, *ſæpiſsimè in tribus*. *dict*. 337. *nu* 1. 2. *&* 3. 282

Seù, *dictio oſtenditur*, *& declaratur*, *ampliatur*, *& limitatur*. *dict*. 238. *n*. 1. *& ſeq*. 283

Si, *dictio diuerſimodè concipitur*. *dict*. 239. *n*. 1. *& ſequen*. 287

Sibi, *importat*, *vt omne acquiſitum ſit ſuum*. *dict*. 240. *nu*. 1. *Appoſita in ſubſtitutionibus ſumitur ſingulariter*, *& pluraliter*, *n*. 2. 292

Sic, *dictio iuncta cum copula præcedenti ſtat illatiuè*. *dict*. 241. *n*. 1. *Et eſt limitatiua*, *n*. 2. 292

Sicut,

Sicut, dictio, vel Prout ſupra, eſt limitatiua, & qualificatiua. dict. 242. n. 1. Appoſita in priuilegÿs quid importet, n. 2 habet vim ſignificandi omnimodam ſimilitudinem, n. 4. Limita, n. 5. fol. 293. & 294

Sigillatim eſt dictio, quæ ſignificat ſeparationem. dict. 243. n. 1. 295

Simile, dictio denotat ſimilitudinem reſpectu facti, modi, & qualitatum abſquè vlla difformitate. dict. 244. n. 1. 296

Similiter, eſt dictio repetitiua. dict. 245. n. 1. Aliquando ponitur nominaliter, nu 2. Aliquando pro, ſicut, n. 3. Denotat ſimilitudinem, n. 4. 197

Simpliciter, dictionis æthimologia. dict. 247. nu. 1. 298

Sine, dictio importat conditionem adiecta verbo futuri temporis. dict. 248. n. 1. & habet tres ſignificationes, n. 2. 299

Si quis, dictio deſignat maſculinum, & fœmininum. dict. 250. n. 1. Conditionaliter prolata quid importet. n. 2. Declara nu. 3. Limita n. 4. 300

Si verò, dictio cuius ſit naturæ. dict. 252. n. 1. 302

Solitum, dictio vtrum poſſit in vna vicè verificari, & per eam inducatur conſuetudo. dict. 253. n. 1. & 2. 303

Solum, eſt dictio taxatiua, & limitatiua. dict. 255. n. 1. Habet vim priuandi ſicut, tantummodo,

modo, *n.*2. *Intellige*, *n.* 3. *Denotat ſingularitatem*, *n.* 4. *fol.* 306

Solus, *dictio excludit omnes alias perſonas dict.* 254.*n.*1. *Limita vt non excludat caſus ſimiles*, *n.*2. 304

Sub, *dictio varijs modis ſumitur. dict.* 256.*n.*1. *& ſequent.* 307

Summariè, *dictio apponitur in reſcripto Principis . dict.* 258. *n.* 1. *& quid in eo operetur*, *n.* 2. *&* 3. 309

Super, *dictio importat hypothecã. dict.* 259. *n.*1. *Amplia n.*2. *&* 3. *Declara n.*4. *Ponitur aliquando pro dictione*, *propter*, *n.* 5. *Item pro dict. vltrà*, *n.* 6. 309

Supra, *eſt dictio relatiua ad praecedentia cum omnibus qualitatibus ſuis . dict.* 260. *nu.* 1. *Declara n.*2. *Ponitur incluſiuè*, *n.* 3. 312

Supradicti, *eſt dictio relatiua praecedentium. dict* 261. *n.*1. *&* 2. *Reſtringit diſpoſitionem ad caſum priùs expreſſum*, *n.*3. *Ratio n.*4. 313

Supraſcripta, *eſt dictio ſimilis dictioni*, *ſupradicti*, *praedicti*, *antedicti*, *& ſimil. & facit relationem ad praecedentia . dict.* 262. *num.* 1. *explica n.*2. 314. *&* 315

Specialiter, *dictio aequipollet dictioni*, *expreſsè*, *dict.* 263.*n.*1. *& interpretatur*, *ideſt*, *nominatim*, *n.* 2. 316

Statim, *dictio recipit dilationem. dict.*265.*n.*1. *&* 2. *Declara n.* 3. 317

Cc *Sta-*

Statutum Romæ in c. 157. lib. 1. diſponit, vt fideiuſſor etiam quòd diù non ſteterit in fideiuſſione, ab ea liberetur. dict. 43. n. 13. fol. 56
Stipulatio facta ſub conditione retrotrahitur ad tempus celebrati contractus. dict. 64. nu. 2. Declara vt in n. 3. 91
Sponſa eſt potiùs monenda, quàm cogenda ad matrimonium confirmandũ. dict. 170. n. 2. 205
Spontè, dictio apponitur in contractibus ad excludendam vim, & metum. dict. 288. n. 2. 353

T

TAliter, eſt dictio reſtrictiua præcedẽtium. dict. 266. nu. 1. Stat ſignificatiuè, nu. 2. Accipitur quandoquè pro, ſic, n. 3. fol. 319
Tamen, eſt dictio limitatiua, & reſtrictiua. dict. 268. n. 1. Et poſita ſine copula aduerſatur præcedentibus, n. 2. 320
Tantum, eſt dictio taxatiua, & reſtrictiua. dict. 270. n. 1. Ponit ſolummodo quæ affirmat, cætera excludit, n. 2. Intellige, n. 3. Appoſita in fine ſubſcriptionis quid importet, n. 4. 322
Tantummodo, eſt dictio taxatiua. dict. 271. n. 1. Includit caſus ſimiles, n. 2. 324
Tanquàm eſt nota improprietatis. dict. 269. n. 1. Limita, & declara, n. 2. 321
Taxatiua dictio adiecta perſonæ Auctoris, an excludat perſonam ipſius hæredis. dict. 272. n. 1.

n. 1. & 2. Reſolue n. 3. generaliter excludit omnes caſus præter expreſſos, n. 4. limita n. 5. 6. & ſequen. *fol.* 125

Teſtator legans fundum cum peculio, ſi legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio. dict. 34. *n.* 2. 40

Teſtator inſtituēs Vxorem cum filijs ſuis, Vxor intelligitur inſtituta pro dimidia, & eius filij pro altera dimidia vigore dictionis, cum, ibid. n. 3. 40

Teſtator ſi legauerit centum præter fundum, fundus quoquè cenſetur legatus, dict. 181. *n.* 2. 216

Teſtis ſi deponat, aliquem poſſediſſe vſquè ad ripam, quomodo probet. dict. 7. *n.* 2. 10

Teſtis, quando debet probare aliquod tempus determinatum addens dictio, circa, non probat, dict. 29. *n.* 1. 33

Teſtis deponens à quadraginta annis citra, non probat. dict. 30. *n.* 5. 35

Teſtis ad hoc vt probet, neceſsè eſt vt deponat à quadraginta annis, & citra, addendo dict. et, ibid. nu. 6. & 7. *Limita niſi adderet aliquam aliam dictionem temporis continuatiuam, videlicet, ſemper, perpetuò, & ſimil. n.* 8. *Limita, vt non procedat in Regno Hiſpaniarum, n.* 9. 35

Teſtis deponens per dict. fortè, nihil concludit. dict. 68. *n.* 3. 96

INDEX.

Teſtis deponens per dictionem, in circa, vt plurimum reijci ſolet. dict. 92 *n.* 1. *fol.* 120
Teſtis deponens, quem poſſediſſe penè triginta annos, non diſcordat ab alio deponente per dict. ferè, vel circa. dict. 155 *n.* 1. 188
Teſtis deponens per dictionem, plus, vel pluris, an probet. dict. 176. *n.* 2. 209
Teſtis deponens per dictionem, vel circa, non probat. dict. 281. *n.* 1. 2. & 4. *Ratio nu.* 3. *Declara n.* 5. 345
Totum, eſt dictio vniuerſalis. dict. 274. *nu.* 1. *Et demonſtrat aliquid faciendum ſine diminutione, n.* 2. 335
Tunc denotat extremitatem temporis. dict. 275. *n.* 1. *Declara nu.* 2. *Item eſt demonſtratiua, ſeù declaratiua rei, cui adijcitur, n.* 3. *Item operatur, vt nõ extendatur ad alium caſum, quàm expreſſum, n.* 4. 336. & 337
Tunc, & eo caſu, dictio reſtringit diſpoſitionem ad tempus, cui apponitur. dict. 276. *n.* 1. 340
Tractus ſucceſſiuus dicitur eſſe ab initio vſquè ad finem. dict. 39. *n.* 2. 50
Trans, dictio diuerſimodè conſideratur. dict. 277. *n.* 1. 340
Tranſlatores appellantur, qui de vna lingua verba transferunt in aliam, ibid. n. 2. 340

Vl,

V

VE, dictio intelligitur pro, et. dict. 278. n. 1. Contrarium, n. 2. Intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, n. 3. fol. 341
Vel, dictio quomodo, & qualiter ponatur. dict. 279. n. 1. 2. & ſequen. 342
Veluti, eſt dictio exemplificatiua, & habet alias ſignificationes. dict. 289. n. 1. & 2. 344
Venditio pro modico non retractatur. dict. 281. nu. 6. 345
Venditor non tenetur de euictione, quando eſt factum compromiſſum. dict. 217. n. 2. Fallit ſi adijciatur dictio, quomodocunquè, n. 3. 259
Verò, eſt dictio aduerſatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatum expreſſarum in præcedenti diſpoſitione. dict. 282. n. 1. Et aduerſatur in iure, & in facto, n 2. 347
Verba ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligenda. dict. 30. n. 4 35
Verba, pleno iure, intelliguntur ſine aliqua diminutione. dict. 172. n. 2. 205
Verba concepta per dictionem, quodammodo, videntur ficta. dict. 216. n. 1. 258
Videlicet, eſt dictio reſtrictiua, & declaratiua præcedentium. dict 283. n. 1. 348
Vix, eſt dictio negatiua. dict. 284. n. 1. Ponitur etiam affirmatiuè, n. 2. 349

Vbi,

INDEX.

Vbi, *dict.ſignificationes demonſtrantur*. *dict.* 285.*n.*1.*& ſeq.* *fol.* 350
Vltrà, *eſt dictio incluſiua*. *dict.*287.*n.*1. *refertur ad modicum tempus*, *n.* 2. *Declara*, *n* 3. *importat implicationem*, *n.*4. *Intellige verùm eſſe in materia fauorabili*, *ſecùs in materia odioſa*, *n.*5. *Inducit repetitionem*, *n.*6. *Declara n.*7. 351
Vltrò, *dictio capitur*, *ideſt*, *ſpontè*. *dict.* 288. *n.*1. 353
Vna, *dictio denotat vnitatem*, *& ſimultatem*. *dict.*289.*n.*1.*& coniungit pluſquàm dict. et*, *n.*2. 354
Vnà cum, *dictio importat copulam*, *& demonſtrat vt ſimul aliquid expediatur*. *dict.*290. *n.*1.*& importat repetitionem*, *n.*2. 355
Vnanimiter, *importat*, *nemine diſcrepante dict.* 291.*n.*1. 356
Vndiquè, *eſt dictio vniuerſalis*. *dict.* 293. *n.* 1. 358
Vniuerſalis, *dictio eſt indefinita omnia comprehendens*, *nihilquè excludens*. *dict.* 295. *n.* 1. *Includit ea*, *quæ alias non includerentur*, *n.*2. *vbicunquè appoſita cenſetur cogitatum in genere de quocunquè caſu*, *qui accidere poteſt*, *n.* 4. *comprehendit futurum augumentum*, *n.* 5. *Nec reſtringitur etiã ſi materia ſit odioſa*, *n.*6. *Idem dicẽdum eſt de vniuerſali negatiua*, *n.*7.*Declara*, *n.*8. *& 9. Limita*, *nu.*10.

In

In fine poſita refertur ad omnia præcedentia, n. 11. Limita, n. 12. & 13. *fol.* 359

Vſusfructus relictus Ciuitati, Municipio, vel Eccleſiæ, quomodo intelligatur. dict. 163. *nu.* 3. 196

Vſusfructus plenus legatus, nõ reſtringitur ſolum ad alimenta, ſed ad vſumfructum omnium bonorum hæreditatis. dict. 172. *n.* 1. 205

Vſquè, dictio an incluſiuè, vel excluſiuè ponatur. dict. 296. *n.* 4. 5. & 6. *cum ſeq. Declaratur, n.* 3. *Eſt etiam taxatiua, & non progreditur vltra diſpoſitionem, n.* 9. 304

Vt, dictio denotat conditionem. dict. 297. *n.* 1. *Quandoquè modum, n.* 2. *Quandoquè ſimilitudinem, n.* 3. *Quandoquè conſecutiuè ponitur, n.* 4. 369

Vterquè regulariter ponitur coniunctiuè. dict. 299. *n.* 1. *Cõtrarium, n.* 2. *Declaratur, n.* 3. 371

Vt ſupra, dictio facit relationem ad præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis. dict. 300. *n.* 1. *Limita, nu.* 2. & 3. 372

FINIS.

ERRATA.

Dict. 41.nu.2. §.Dico, Corrige, §. Diui. dict.52.n.1. col. adde 2. dict.58.n.3 Hoſtien. corrige, Aſten.dict.59.n.5. vt notat.adde Bart dict.64.n.2.tex.in huiuſmodi,adde l. & paulò poſt,ibi,& Alex.adde ff de verb.oblig dict.73. Bac. corrige,Boet. dict 82. ibi, § ideſt eſt,corrige,idem eſt dict.91.n.13.propriè, corrige,propè. dict.124. n.3. quin neſciat,corrige,qui neſciat. dict.157. nu.2. recipi, corrige, recipit. ibid admitti,corrige,admittit.dict.161. in princ. in criminalibus, adde c. dict.176.n.8.pluribus, corrige,plures dict. 201.n.3.abeſſe,corrige,obeſſe.dict. 203.in princ.quin neſciat, corrige, qui neſciat.dict 206. n.10.rem dicitur, corrige,rem dici. dict 221.n.1.oſtenditur, corrige, extenditur. dict.231 n.3.ibi,corrige,vbi. dict.239.n.3 col.adde 2.ibid n.8.in fin.ſuperiùs corrige, ſuperiori. dict.242.in fin.ante verbum, Epiſcopum,adde dicatur. dict 262.n.3. his, corrige, is. dict. 275. n.3, ibi, Rot.deciſ 14.corrige, 140. dict. 290. in princ. poſt verbum importat, adde, copulam.

REGESTVM.

✝ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc.

Omnia ſunt folia integra, præter Cc. medij.

RONCILIONI, M. DC. XXI.
Apud Ludouicum Grignanum,& Laurentium Lupum.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE